

OFFICIA PROPRIA

ARCHIDIOECESIS

MONACENSIS ET FRISINGENSIS

PARS AUTUMNALIS

Die 2 Septembris

S. Nonnosi **Abbatis**

Patroni minus principalis

Archidioecesis

Duplex majus

V. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. **R.** Stolum glóriæ índuit eum.

Ad Magnif. Ant. Similábo eum * víro sapiénti, qui ædificávit domum suam supra petram.

Oratio

Da nobis, æternæ consolatiónis pater, per preces beati Nonnósi Abbátis pacem et salutem mentis et córporis: ut, tuis tota dilectióne inhæreámus præcéptis; et, quæ tibi plácita sunt, tota virtúte perficiámus. Per Dóminum.

Et fit Commemoratio S. Stephani Regis, Conf.:

Ant. Hic vir despiciens mundum et terréna, triumphans, divítias cælo cóndidit ore, manu.

V. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. **R.** Et osténdit illi regnum Dei.

Oratio

Concède, quæsumus, Ecclésiæ tuæ, omnípotens Deus: ut beátum Stéphánnum Confessórem tuum, quem regnántem in terris propagatórem hábuit, propugnatórem habére mereatur gloriósum in cælis. Per Dóminum nostrum.

In II Nocturno

Lectio iv

Nonnósus sub aspérissimo monastérii sui, quod in Sorácte monte situm est, degébat patre, sed mira semper æquanimitáte mores ejus tolerábat: haque frátribus præerat manuetúdone, ut crebro patris iracúndiam ea humilitáte mitigáret. Quia vero monastérium illud in summo montis cacúmine exstrúctum fúerat, ad quantúm-

vis parvum hortum fratribus excolendum nulla patebat planities. Unus autem brevissimus locus in latere montis excreverat, quem ingentis saxi moles naturaliter egrédians occupabat. Quæ cum humarum labore inde dimoveri non posset, Nonnosus ad divinum se solatium contulit, sequè illic nocturno silentio orationi dedit. Male facto, cum fratres ad eundem locum venirent, invenerunt saxum tantæ magnitudinis ab eodem loco longius recessisse, suoque recessu largum fratribus spatium ad excolendum hortum dedisse.

R. Honestum fecit illum Dominus, et custodivit eum ab inimicis, et a seductoribus tutavit illum: * Et dedit illi claritatem æternam. **V.** Justum duxit Dominus per vias rectas, et ostendit illi regnum Dei. **Et.**

Lectio v

Alio quoque tempore cum idem vir venerabilis lâmpades vitreas in oratorio lavaret, una ex ejus manibus cecidit, quæ per innumeras partes fracta dissiluit. Qui vehementissimum patris monasterii

furorem timens lâmpadis fragmenta omnia colligit, atque ante altare posuit, in orationem dedit. Cumque ab oratione caput levasset, integram lâmpadem reperit, quam timens per fragmenta collegerat.

R. Amavit eum Dominus, et ornavit eum: stolam gloriæ induit eum. * Et ad portas paradisi coronavit eum. **V.** Induit eum Dominus loriceam fidei, et ornavit eum. **Et.**

Lectio vi

Cum quadam die in monasterio vetus oleum deesset, jamque colligendæ olivæ tempus incumberet, et in monasterii arboribus olivæ pauca tantum inesse videbantur, eas colligi, in prelum mitti, et quamlibet parum olei eximi potuisset, sibi deferri jussit. Quod factum et susceptum in parvo vaseculo oleum Nonnoso delatum. Quod ipse ante altare posuit, cunctisque egredientibus oravit, atque accersitis postmodum fratribus jussit, ut hoc, quod detulerant, oleum levarent et per cuncta vasa monasterii exiguum quid infundendo dividerent. Die

pervenit ad cælestia regna. **Quia. Glória Patri. Quia.**

In III Nocturno

Lectio sancti Evangelii secundum Marcum

Lectio vii Cap. 11, 22-24

In illo tempore: Respondens Jesus discipulis suis, ait illis: Habete fidem Dei. Amen, dico vobis, quia quicumque dixerit huic monti: Tollere et mittere in mare, et non hæsitaverit in corde suo, sed crediderit, quia quodcumque dixerit, fiat, fiet ei. Et reliqua.

Homilia sancti Bedæ Venerabilis Presbyteri **Liber 3 Comment. in Marc. cap. 11**

Solent gentiles, qui contra Ecclesiam maledicta scripsere, improperare nostris, quod non haberint plenam fidem Dei, quia nunquam montes transferre potuerint. Quibus respondendum est, non omnia scripta esse, quæ in Ecclesia sunt gestæ, sicut etiam de factis ipsius Christi et Domini nostri Scriptura testatur. Unde et hoc quoque fieri potuisset, ut mons ablatus de terra mitteretur in mare, si necessitas id fieri po-

vero altera aperta omnia vasa plena reperta sunt oleo. Monasterium tandem illius monasterii præpositus effectus, reliquos vitæ dies sancte perégit: cuius sacrum corpus per Nifingorum episcopum Frisingam deportatum, post ingens incendium, ab Adalberto episcopo, præsentè beato Eberhardo, Salisburgensi archiepiscopo, anno millesimo centesimo sexagesimo primo in cryptam cathedralis ecclesiæ repositum, tandem a Joanne Francisco vigesimo septimo Januarii anno millesimo septingentesimo octavo de novo inventum, et anno sequenti secunda Septembris máxima cum solemnitate publicæ venerationi in eadem crypta expositum fuit, ubi Deus per hujus sancti abbatis intercessionem fidelibus ubertim confluéntibus plurima et ferme quotidiana beneficia elargitur.

R. Iste homo perfecit omnia quæ locutus est ei Deus, et dixit ad eum: Ingredere in requiem meam: * Quia te vidi justum coram me ex omnibus gentibus. **V.** Iste est, qui contempsit vitam mundi, et

poscisset. Quómodo légitimus factum precibus beati Patris Gregorii, Neo-Cæsarææ Ponti antistitis, viri méritis et virtútibus eximii, ut mons in terra tantum loco cederet, quantum încolæ civitátis opus habebant.

R. Iste est, qui ante Deum magnas virtútes operátus est, et de omni corde suo laudávit Dóminum:

* Ipse intercedat pro peccátis ómnium populórum. **V.** Ecce homo sine queréla, verus Dei cultor, ábs-tinens se ab omni ópere malo, et pérmans in innocéntia sua. **Ipsé.**

Lectio viii

Cum enim volens édificáre ecclésiám in loco apto vidéret eum angustiórem esse, quam res exigébat, eo quod ex una parte rupe maris, ex álía monte próximo coarctáretur; venit nocte ad locum, et génibus flexis admónuit Dóminum promissionis suæ, ut montem longius juxta fidem peténtis ágeret. Et mane factus reversus invénit montem tantum spátii reliquísse structóribus ecclésiæ, quantum opus habú-

ardéntissime venerabátur, amplíssimo in ejus honórem constructó templo, Hungariæ patrónam insí-tuit; ab eádem vicissim Vírgine receptus in cæ-lum ipso suæ Assumptió-nis dié, quem Húngari e-sancti Regis institúto Mag-næ Dóminæ diem appel-lant. Ejus tamen festum ex constitútioné Innocén-tii Papæ undécimi hac dié potíssimum recólitur, qua Budæ munítíssima arx, sancti Regis ope, ab ex-ércitu christiáno strénue recuperáta fuit.

Te Deum laudámus.

Ad Laudes
V. Justum dedúxit Dó-minus per vias rectas. **R.** Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Bened. Ant. Euge, serve bone * et fidélis, quia in pauca fuísti fidélis, supra pauca te constituim, íntra in gáudium Dómini tui.

Oratio
Da nobis, æternæ conso-latiónis pater, per pres-býtes beati Nonnosi Abbatis pacem et salútem mentis et cóporis: ut, tuis tota dí-lectiône inhæréamus præ-ceptis; et, quæ tibi plácita

sunt, tota virtúte perficiámus. Per Dóminum.

Et fit Commemoratio S. Stephani:

Ant. Similábo eum viro sapiénti, qui ædificávit domum suam supra petram.

V. Amávit eum Dómi-nus, et ornávit eum. **R.** Stólam glóriæ índuit eum.

Oratio

Concède, quæsumus, Ec-clésiæ tuæ, omnípo-tens Deus; ut beátum Sté-phanum Confessórem tuum, quem regnántem in terris propagatórem habuit, propugnatórem habéte mereátur glóriósum in cælis. Per Dóminum no-strum.

In II Vesperis

V. Justum, ut supra.

Ad Magnif. Ant. Hic vir despiciens mundum * et terréna, triumphans, divi-tias cælo condidit ore, manu.

Et fit Commemoratio S. Stephani:

Ant. Euge, serve bone et fidélis, quia in pauca fuísti fidélis, supra multa te constituim, íntra in gáudium Dómini tui.

V. Amávit et **Oratio**
Concède, ut supra.

Die 6 Septembris

S. Magni Abbatiss

Duplex

V. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. **R.** Stolum glóriæ induit eum.

Ad Magnif. Ant. Similábo eum * viro sapiénti, qui ædificávit domum suam supra petram.

Oratio

Intercessio nos, quæsumus, Dómine, beáti Magni Abbátis comméndet: ut, quod nostris méritis non valémus, ejus patrocinio assequámur. Per Dóminum nostrum.

Et fit Commemoratio Festi præcedentis S. Laurentii Justiniani Ep. et Conf.:

Ant. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum: stolam glóriæ induit eum, et ad portas paradisi coronávit eum.

V. Justum dedúxit Dóminus per vias rectas. **R.** Et osténdit illi regnum Dei.

Oratio

Da, quæsumus, omnipotens Deus: ut beáti Lauréntii Confessoris tu atque Pontificis veneránda solémnitas, et devotiónem nobis áugeat et salútem. Per Dóminum.

In II Nocturno

Lectio iv

Magnus paréntibus Scotis apud Hibernos ortus populáres suos Columbánam et Gallum, spectáte innocéntiæ viros, partim disseminánda religiónis christiánæ, partim solitúdinis habitánda causa peregrinántes prosecútus, ita ambóbus se probávit, ut tum stúdio sapiénter obcedéndi, tum morum sanctitáte admiratióni exsisteret. Qui cum Brigántium venissent ejúque incolas et confines circa a nefáundo dæmonum cultu ad orthodoxæ fidei obséquium traducere laborárent, gravi gentium invídia perurgente, ejus declinánda grátia Columbánus in Italiám, Magnus et Galus ad eam erémí partem secesserunt, quæ finítima est território Arbohénsi, inter lacum Brigantínium et Alpes Rhæticas.

R. Honéstum fecit illum Dóminus, et custodívit eum ab inimicis, et a seductóribus tutávit illum: * Et dedit illi claritátem ætérnam. **V.** Justum dedúxit Dóminus per vias rectas, et osténdit illi regnum Dei. **Et.**

Lectio v

Porro Magnus cælesti visione mónitus peragrátis plúribus regiónibus sparsáque in his evangelíi doctrína magnos ubique ad salútem mótus effecit. Tandem divertens Campodunum, tractum olim cœtu hóminum frequéntem tunc præcolúvæ vérrimium anguítumque, ut de dæmonum instatiónibus ita hórridum et incúltum desertumque répperit, ut nec hómines casu eo deláti, nedum feræ venatóribus elápsæ, vitam a miserábili intéritu tuéri possent. Quin et ulteriús progréssus in terribilem serpentem ac draconem forte incidit, quos, Deo fretus, salutári crucis signo exstinxit: moxque disparuére spectra et monstra univérsa. Quo miraculo vicinæ gentes comórtæ desérta impletáte in Christum crediderunt.

R. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum: stolam glóriæ induit eum, * Et ad portas paradisi coronávit eum. **V.** Induit eum Dóminus lorícam fidei, et ornávit eum. **Et.**

Lectio vi

Dentum locum ad fauces fútilias exercende pietáti idóneum conspiciátus illi cœnobium, Pússen nómine cóndidit, ubi cum suis resídens sub religiósa disciplína contentisque communi victu et cultu ita se gessit, ut priórem sanctitátis famam mirácula divinitus patrata exaugerent, quippe cæcis visus, surdis auditu, claudis gressu, ægris atque dæmoniacis incolumitáte donáts. Cum itaque in terris vitam dúxisset parem ángelis, ad Dóminum, quem tantóperè desiderábat, migrávit octávo Idus Septémbris, relicto inibi corpore in perpetuum monumentum. Quem Adriánus Póntifex secúndus anno octingentesimo septuagésimo inter Sanctos colíjussit.

R. Iste homo perfecit ómnia quæ locútus est ei Deus, et dixit ad eum: Ingrédere in réquiem meam: * Quia te vidi justum coram me ex ómnibus géntibus. **V.** Iste est, qui contempsit vitam mundi, et pervenit ad cælestia regna. **Quia.** Glória Patri. **Quia.**

In III Nocturno *Homilia in Evangelium* Ecce, nos reliquimus, de *Communium Abbatum* 1 loco.

Ad Laudes

¶. Justum deduxit Dominus per vias rectas. **R.** Et ostendit illi regnum Dei.

Ad Bened. Ant. Euge, serve bone * et fidelis, quia in pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium Domini tui.

Oratio

Intercessio nos, quæsumus, Domine, beati Magni Abbatis commendat: ut, quod nostris meritis non valemus, ejus patrocinio assequamur. Per Dominum nostrum.

In II Vesperis

¶. Justum, ut supra.

Ad Magnif. Ant. Hic vir despiciens mundum * et terræna, triumphans, divites cælo condidit ore, manu.

Die 9 Septembris

S. Corbiniani

Episcopi et Confessoris, Patroni princ. Archidiece.

(d. a. ex heri)

Duplex II classis (m. t. v., nisi alicubi *I Vesperæ* dicendæ sint, saltem a *Capitulo*.)

Omnia de Communium Conf. Pont., præter sequentia:

Ant. Sacerdos et Pontifex, et virtutum opifex, pastor bone in populo, ora pro nobis Dominum.

¶. Amavit eum Dominus, et ornavit eum. **R.** Stolum gloriæ induit eum.

Oratio

Deus, qui nos beati Corbiniani Confessoris tui atque Pontificis prædicatione et miraculis ad agnitionem tui nominis vocare dignatus es: concede propitius; ut, cujus sollemnia colimus, etiam patrocinia sentiamus. Per Dominum nostrum.

Complectorium de Dominica.

In I Nocturno *Lectiones Fidelis sermo, de eodem Communi* 1 loco.

In II Nocturno

Lectio iv

Corbinianus e regione Melitonensi, ex viro, cui nomen Castrus, vulgo Chartres, dicecesis Parisiensis oriundus, patrem habuit Waldesium, matrem Corbinianam. Qui optimæ indolis puer eo decumæ Christi gratia adductus est, ut paulo adfuit, spreta mundi vanitate, iuxta beati Germani ec-

Lectio v

Nox euntes inter aspera Alpium in campis ad silvam Beronam oppræserat, cum equum clitelarium incustoditum ab usurario dilaniari configit. Tum Corbinianus sarcinam, quæ prius iumentis fuerat, urso imponi iussit. Paruit bellua, silvestri genio deposito, vicaria opera toto reliquo itinere functa. Roma rediens, ut Tridento Majas, Boicæ tunc diciõnis, pervenit, a castellanis jussus est subsistere, et ad Grimoaldum deduci. Ut vero rescivit episcopus, quod Grimoaldus Piltrudem, uxorem fratris relictam, justæ conjugis loco domi haberet, aversatus scelus, præmittit, qui semel diceret, se in conspectum principis nevitquam venturum, quamdiu probrum illud hæreat. Quadraginta dies contentio tenuit. Mollitis tandem animis adfuerit ad pedes episcopi ambo conjuges, peccatum confessi destitque. Tenuit deinde ibidem cathedram pontificalem Corbinianus, et rem christianam multiplicavit egrægie, ut eum non modo Grimoaldus tamquam ami-

clesiam monasterium constitueret, ubi cum annos quatuordecim magna pietate exegisset, Romam abiit, solum aliquem ad divi Petri basilicam angulum a Pontifice imperatrum. Verum Pontifex audita viri sapientia vel invitum episcopum, dato etiam pallio, creat. Quo ille accepto honore in Galiliam reversus ita se gessit, ut vitæ sanctimoniam miracula divinitus edita exaugeret. Ibi septennio citius acto Romam redire cogit, et in Noricum delatus, ibidem aliquamdiu rudi et recens ad Christum converso populo salutarem evangelii imperavit doctrinam. Quem Theodoro, Bavariæ dux, et Grimoaldus filius ejus majoræ etiam contentione, ut subsisteret, rogantes, cum nihil obtinerent, donatum muneribus, additis quoque comitibus, ad Italice fines honorifice deduxerunt.

R. Invēni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum: * Manus enim mea auxiliabitur ei. ¶. Nil proficiet inimicus in eo, et filius iniquitatis non nocēbit ei. **M**anus.

cum amaret, sed et patrem instat coleret et obsecraret.

R. Posui adiutorium super potentem, et exaltavi electum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliabitur ei. **V.** Inveni David servum meum, oleo sancto unxi eum. **Manus.**

Lectio vi

At Piltrudis, incesta Grimoaldi Bojæ principis uxor, libidinis et invictæ faciibus succensa, eo quod

per ferventem huius Sancti adhortationem ab illicito sui viri concubitu separata fuisset, non desistit, per Ninium, suum secretarium, Corbiniâno mortem machinari. Quod ubi sanctus episcopus presensit, sumpto secum clero ad Majensæ castrum, nunc Meran dictum, se contulit, prædicens, brevi futurum, ut Grimoaldus cum tota familia sua pereat. Vatem fuisse eventus demonstravit, nam Grimoaldus ab insidiatoribus interfectus, Piltrudis ad summam egestatem tandem redacta, filii ex ejus utero prognati vel mortui, vel regno privati, Ninus lancea fœde percussus, miseram vitam

finierunt. Hugoberto, Grimoaldi fratre, ad regnum evecto, Corbiniânus Frisingam rediit, mortis diem horâque, quam suis familiaribus prædixerat, expectaturus. Quare sacrificium offert, et mysticis percéptis extrémum spiritum, nulla cum doloris significatione, sanctissime reddiit, ante et post mortem plurimis miraculis clarissimus.

R. Iste est, qui ante Deum magnas virtutes operatus est, et omnis terra doctrina ejus repleta est: * Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum. **V.** Iste est, qui contemptis vitam mundi, et pervenit ad cælestia regna.

Ipse. Glória Patri. Ipse.

In III Nocturno Homilia in Evangelium Homo peregre, de eodem Communi 1 loco.

Pro S. Gorgonio Martyre:

Lectio ix

Gorgonius, Nicomediæ natus, Diocletiani imperatoris cubicularius, Dorothee collega suo adiutore, reliquos omnes cubi-culi ministros ad Christi fidem perduxit. Uterque autem, cum vidisset quodam die Martyrem coram Diocletiano acerbissime

cruciari, ejus exemplo martyri amore incensus est. Itaque amborum hæc vox erupit: Quid est, imperator, quod huius condemnata sententia, quæ nobis cum eo communis est, unum illum punis? Istus nostra etiam est fides, idem propositum. Eos igitur vincitos imperator flagellis concidit jubet, ita ut toto corpore cutis dirumperetur, et in plagas acutum infundi sa-le permixtum; mox revinctis in craticula subijci imperat vin candentium carbonum. Denique, varie torti, suspendio necati sunt. Ac sancti Gorgonii corpus aliquando Romanam portatum, inter duas Laureos via Latina sepultum, postea a Gregorio quarto Summo Pontifice in basilicam Principis Apostolorum translatum est.

Te Deum laudamus.

In Laudibus fit Commemoratio S. Gorgonii Martyris:

Ant. Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam.

V. Justus ut palma florébit. **R.** Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Oratio

Sanctus tuus, Domine, Gorgonius, sua nos intercessione lætificet: et pia faciât solemnitate gaudere. Per Dóminum.

Ad Horas Psalmi de Dominica, ad Primam tamen ut in Festis.

In II Vesperis fit Commemoratio sequentis Festi S. Nicolai de Tolentino Confessoris:

Ant. Similiâbo eum viro sapienti, qui edificavit domum suam supra petram. **V.** Amavit eum Dóminus, et ornâvit eum. **R.** Stolan glóriæ induit eum.

Oratio

Adesto, Domine, supplicatiónibus nostris, quas in beati Nicolai Confessoris tui solemnitate deférimus: ut, qui nostræ justitiæ fiduciam non habemus, ejus, qui tibi placuit, precibus adjuvemur. Per Dóminum nostrum.

Complectorium de Dominica.

Die 13 Septembris

B. Nothburgæ Virginis

Duplex

Ant. Veni, Sponsa Christi, accipe coronam, quam tibi Dóminus præparâvit in æternum.

V. Spécie tua et pulchritudine tua. **R.** Inténde, prospere procéde, et regna.

Oratio

Præténde, Dómine, fídelibus tuis dexteram cælestis auxilií: ut méritis et exémplo beátæ Nothburgæ Virginitis te toto corde perquirant; et, quæ digne pósulant, conséqui mereántur. Per Dóminum.

In II Nocturno

Lectio iv

Nothburga virgo piis e paréntibus Rattenbergæ ad annum millésimum ducentésimum sexagésimum quintum in lucem pródit. Octódecim annos nata a conjuge divitis cuiusdam viri, cui famulabatur, rei domesticæ præfecta ita prudenter se gessit, ut annuente hero quæ mensæ supererat pauperibus daret. Hos autem illa nedum férculis, sed cælesti étiam reficiébat doctrina. Hisce dómínis emortuis succédit filius cum iniqua uxóre, quæ dapum reliquias porcis tradi jubet. Dolet Nothburga ac ne egénis desit, eos in platéis conquirat et, quos sibi sexo-

ta féria detráxerat, cibos ípsdem dividit. Ejus autem herus, uti fertur, aliquándo ipse óbviam factus, quid grémio gestet, aperíre jubet. Paret Nothburga, sed Dei beneficio, sícuti est tráditum, cibi in assulis et schídiis, vinum in lixiviam commutántur. Rerum sériem edócta dómina eam duris verbis compéllat et a famulátu dimíttit.

R. Propter veritátem, et mansuetúdinem, et justitiam: * Et dedúcet te mirabiliter dextera tua. **V.** Spécie tua et pulchritudine tua inténde, prospere procéde, et regna. **Et.**

Lectio v

A quo ánimo hæc ferens Nothburga cuidam rústico in Alpibus Eben suam locat operam, eo tamen pacto, ut, quod a labore supersit, in oratione tempus impéndat ac versperátis horis, quæ dies festos præcedant, ab agendo cesset. Spondet agricolam, sed quodam sabbato eam condícto tárdius ad meténdas fruges impéllit. Ipsa falcem attóllit ac legitimi pacti cupit arbitram; quæ e manu ávo-

lans, ceu memóriæ próditum, stat péndula in aère. Ut autem cælesti sponso confórmitis fieret, qui ómnibus despéctui fuit, vilissima quæque amplectebátur. At Deus, qui exáltat húmiles, illátam ancillæ suæ injúriam est ultus. Prior enim dómina, quæ eam ejectionem, non multo post intérit ejúsque vir calamitátibus percúlsus est ac fratris insídias. Is ígitur áliam ducens uxórem rursus in sui famulátum Nothburgam ascéiscit data vérgia, ut pro sua liberalitate egénis consulat. Quod ancilla Dei nedum præstífit, sed étiam utrúmque fratrem brevi reconciliávit. Ipsa vero húmánas inter vicissitúdines in cælum inténta, accénsam contínuo lámpadem oleúmque gerébat, ut divino sponso adventánti statim óbviam íret; ratióne quoque, qua húmári vellet, hero suo pandébat ingénue.

R. Dilexísti justítiam, et odísti iniquitátem: * Propeterea inquit te Deus, Deus tuus, óleo lætítie. **V.** Propter veritátem, et mansuetúdinem, et justítiam. **P**ropterea.

Lectio vi

Itaque anno circiter millesimo trecentésimo decimo tertio supremo morbo correpta est sacrisque mysteriis roborata inter ómnium lácrimas ac páuperum gémitus transívit ad Sponsum. Ejus votis ánnuens herus, exúvias plaustró impóni binósque absque ductóre digredíántur. Hi, sícuti fama perhibétur, primum ad régiem viam, subínde ad Geni ripam pergunt ac per divisas flúminis aquas Nothburgæ corpus in Ebenensém montem déferunt. Eo loci tantisper quiescunt et qui fúnebrem sequebántur pompam præstolári videntur. Mox in prærupta curréntes ante sacellum sancto Ruperto sacrum virgíneas exúvias depónunt, quæ statim ín-íbi ad aram tumulátæ sunt. Plúrima referúntur prodígia ejúsdem Beátæ operaplum exstrúctum ab ea nuncupátum, hinc ipsius corpus érum et Antístítis auctoritaté recógnitum, elátum ac magnífice decorátum. Nothburga autem

nedum Tirólis, sed et Bavaríæ, Austriæ, Carniolæ, Istriæ altarumque gentium stúdiu et cultus est potísimum Pius nonus Pontífex Máximus ex Sacrorúm Rítuum Congregatiónis consúltu ratum hábit et confirmávit atque in ejsúdem Beátæ honorém Offícium et Missam celebrári concessit.

R. Aferéntur Regi vírgines post eam, próximæ ejus * Aferéntur tibi in lætítia et exsultatióne. **V.** Spécie tua et pulchrítudine tua inténde, prospere procéde, et regna. **A.** feréntur tibi. **Gloria Patri.** Aferéntur tibi.

In III Nocturno Homilia in Evangelium Simile erit regnum cælorum, de **Communium Virginum 1 loco.**

Ad Laudes

V. Diffusa est grátia in lábiis tuis. **R.** Propterea benedixit te Deus in ætérnum.

Ad Bened. **Ant.** Simile est regnum cælorum * hómini negotiátóri quærénti bonas margarítas: inventa una pretíosa, dedit ómnia sua, et comparávit eam.

Oratio

Præténde, Dómine, fídélibus tuis dexteram cæléstis auxili: ut méritis et exémplo beátæ Nóbürgæ Virgínis te toto corde perquirant; et, quæ digne pósulant, cónsequi mereántur. Per Dóminum.

Vesperæ de sequenti Festo Exaltationis S. Crucis cum Commemoratione præcedentis:

Ant. Veni, Sponsa Christi, ácipe coronam, quam tibi Dóminus præparávit in ætérnum.

V. Diffusa est Oratio Præténde, ut supra.

Die 17 Septembris

S. Hildegardis Virgínis

Duplex

In I Vesperis

Capit. 2 Cor. 10, 17-18

Patres: Qui gloriátur, in Dómino gloriétur. Non enim qui seipsum comméndat, ille probátus est: sed quem Deus comméndat.

Hymnus

Salve, nostra tu glória. **Exémp**lar es quæ Virgínium! **Audi** benigna súpplices **Tibi** canétes cánticum.

Oratio

Deus, qui beátam Hildegárdem Virgínem tuam donis cæléstibus decorásti: tribue, quæsumus; ut, ejus vestígis et documentis insístentes, a præsentis sæculi calligine ad lucem tuam delectábilem transire mereámur. Per Dóminum nostrum.

Et fit Commemoratio præcedentis Festi Ss. Cornelii Papæ et Cypriani Ep., Mm.:

Ant. Gaudent in cælis ánimæ Sanctórum, qui Christi vestígia sunt secúti: et quia pro ejus amoré sánguinem suum fuderunt, ideo cum Christo exsúltant sine fine.

V. Exsúltábunt Sancti in glória. **R.** Lætábúntur in cubilibus suis.

Oratio

Beatórum Mátyrum parítérque Pontíficum Cornélii et Cypriáni nos, quæsumus, Dómine, festa tueántur: et eórum comméndet orátio veneránda. (Per Dóminum nostrum.)

Deinde Commemoratio Impressionis Ss. Stigmatum S. Francisci Conf.:

Ant. Similábo eum viro sapiénti, qui ædificávit domum suam supra petram.

O virgo, quæ mirábilis Vixisti amoris víctima, Et nunc beáris fúlgídís Cæli recepíta sédibus.

Vítæ per æquor túrbidum

Tuos cliéntes dirige, Nobisque amicum cómpara,

Cui te revinxit grátia.

Sicut dolos intérrita Vícísti, et artes hóstium, Et robur in discrimine Sumens, nitébas pulchríor:

Sic bella nos quot ingruunt

Da, te favénte, fúndere, Virtútis almæ ac sémitam Vultu serénò cúrre.

Alat repóstam méntibus Fidem supérna carítas; Mores adórnet áureos Intemeráta cástitas.

***S**ummo Parénti ac Fílio Tibique, Sancte Spiritus, Sit laus, potéstas, glória, Per sempitérna sæcula. **Amen.**

V. Spécie tua et pulchrítudine tua. **R.** Inténde, prospere procéde, et regna.

Ad Magnif. Ant. Hildegárdis prophetíssa, * Spíritus Sancti splendóribus illustráta, vias Dómini revelávit.

V. Signasti, Dómine, servum tuum Franciscum.
R. Signis redemptionis nostræ.

Oratio

Dómine Jesu Christe, qui, frigescente mundo, ad inflammandum corda nostra tui amoris igne, in carne beatissimi Francisci passionis tue sacra Stigmata renovasti: concede proptius; ut, ejus méritis et precibus crucem júgiter feramus, et dignos fructus penitentiæ faciámus: Qui vivis et regnas.

In I Nocturno, si sumendæ sunt de Communi, Lectiones De virginibus, 1 loco.

In II Nocturno

Lectio iv

E Breviario Monastico Ordinis S. Benedicti

Hildegardis in Palatiná Hildeberto, ex patre Hildeberto, matre Mechtilde, generis nobilitate ac pietatis fama conspicuus orta, ténera in ætate miris jam visionibus illustrata desuper, spreto mundi hujus oblectamentis, octénus sub regimine agnatæ suæ Juttæ, sanctissimæ Abbatissæ, in montem sancti Disibodi consepe-

lienda Christo secéssit. Monástickum dein institutum professa, admirandis paulo post divínæ grátie signis innótuít. Continú fere acutissimis excóctæ ægritudínibus, patientiæ exemplum ita univérsis exhibuit, ut tota ipsius vita Christo confixa cruci, quædam diutini fuerit imágo martyrii. E vivis sublata beáta Jutta, Hildegardis licet renitens in ejus loco suffecta est. Quo in múnere sorórum necessitatibus omnibus, earum máxime quæ conscientia utúmque laborábant, peramánter providéque consulébat. Cúm autem ejus monastérium nimiam mortalium numerositatem ut cáperet, jam esset insufficientis, ad álium montem, a sancto Ruperto nuncupatum, cum plurimis ex illis conténdit, ibique sedem fixit Abbatialem. Quadrágenta circiter annos nata igneo túrbine ac lúmine prodigióso cælitus nato mirífice illustrata, donum intelligentiæ ac expositiónis sacrárum Scripturárum singulári Dei beneficio ac cepit. Jussa item, voce ad ipsam e súperis emissa,

quæ de cétero vidére et audire mererétur, sédulo scriptis mandare, cum id scéptis impulsa Spíritu, Colóniam, Trévirim, Mértas, Herbópolim, Bambérgam, aliáque loca diversíssima, apostólicó zelo exástuans ádiit, et quæ sibi divinitus fuerant reveláta, Deo præcipiente audéntissime annuntiávit. Hæréticos verbis ac scriptis stupénda auctoritate et grátia confutávit ac profligávit: Catharórum imprimis pestilentíssimam hæresim, quæ tunc in aliquibus Germaniæ provinciis fautores suos habébat, nec non repullulascéntem Berengárii errorém doctíssimo libro sanctíssima múlier elúsit atque convicit. Illam melífluus Doctor Ecclésiæ sanctus Bernardus tantifecit ejúscue divína scripta ea prosecútus est veneratióne, ut ipso possimum agente a detractiónibus adversántium vindicata, étiam a Summo Pontífice Eugénio tertio, in Concílio Trévirensi, Cardinálibus et Episcopis multis præsentibus, pública fuerint senténcia confirmata.

R. In caritate perpétua diléxit Hildegárdem Dóminus: ideo atráxit eam ab infántia; et duxit in solitúdinem: * Et locútus est ad cor ejus. **V.** Sponsávit eam sibi in sempiternum in fide et in misericórdia. **Et.**

Lectio v

Propheciæ afflata spiritu, multis ad se exdivérsis et remotíssimis regiónibus confuéntibus mira omnino prædicébat, eorúmque cogitatiónes et occulta córdium secreta inspicébat: quosdam étiam perversa vel fraudulénta mente ad se accedéntes redarguébat; qui corrépti et emendáti, ad salutem animum illico redire cogebántur. Nemo ad illam unquam se cónsulit, qui ejus salutáribus mónitis instrúctus, cum vitæ

R. Placebat sibi in infirmitatibus et angústis pro

Christo: * Et variis licet languoribus vexata, omnibus, qui in pressura erant, caritatis solatium impendebat. *V.* Cum infirmabatur, tunc potens erat. *Rt.*

Lectio vi

Ecclésiæ denique universæ, assiduis laboribus, et sanctissimæ vitæ exemplo mirum in modum consuluit; ita nempe ut Eugenius tertius, tresque subsequentes Romani Pontifices, Episcopi non pauci, Imperatores, aliique summi Principes Galliæ, Germaniæ, Italiæ atque sanctissimi quivis et eruditissimi viri, in gravissimis quibusque negotiis, illius consilium exquirerent, ejusque præcibus Romanam Ecclésiã, Imperium, et suam quisque provinciam ac seipsam commendarent; denique post innumera virtutum ac scientiæ divinitus infusæ insignia, cælestium revelationum et miraculorum gratia illustris, anno ætatis suæ octogesimo secundo, cum mortis suæ horam a Deo munita prædixisset, migravit ad Sponsam decimo quinto Kalendas Octobris, anno Domini millesimo centesimo septuagésimo nono nono: Vere ac merito

simo nono: Vere ac merito ingens vocata sexus mulieribus, immo Germaniæ, Ordinis sancti Benedicti et Ecclésiæ miraculorum, atque orbis universi oraculum. Ejus sacrum corpus in ecclésiã primum sancti Ruperti juxta Bingham conditum, dein bello tricenarii Coloniã asportatum, postremo in Ecclésiã Binghamensi monasterii ab ipsa fundati translatum est, ubi anno salutaris millesimo octingentesimo quingentesimo septimo solemniter recognitum, summa fidelium veneratione colitur.

R. Apparuerunt cælestes spiritus, qui Hildegardem ad Agni nuptias invitabant, dicentes: * Veni, Domina, quia te expectant cæli deliciae. *V.* Veni de Libano, sponsa; veni de Libano; veni, coronabertis. *Veni. Gloria Patri. Veni.*

In III Nocturno

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum

Lectio vii Cap. 25, 1-13

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis parabolan hanc: Simile erit regnum caelorum decem virginibus: quæ accipien-

tes lampades suas, exierunt obviam sponso et sponse. Et reliqua.

Homilia sancti Augustini Episcopi

De S. Virginit. c. 25, 29, 30

Périgte itaque, Sancti Dei, pueri ac puellæ, mares ac feminae, cælibes ac nuptæ; périgte perseverantes in finem. Laudate Dominum dulcibus, quem cogitatis uberritus; sperate felicitis, cui servitis instans; amate ardentius, cui placetis attentius. Lumbis accinctis et lucernis ardentibus expectate Dominum, quando veniat a nuptiis. Vos afferitis ad nuptias Agni canticum novum, quod cantabitis citharis vestris, quale nemo poterit dicere nisi vos. Sic enim vos vidit in Apoccalypsis quidam, præ ceteris dilectus Agno, qui discumbere super pectus ejus solitus erat, et thberat et errabat mirabilia super cælestis Dei Verbum. Vos Agnum sequimini tenendo perseveranter quod voluistis; ardenter facite cum potestis, ne virginitatis bonum a vobis pereat, cum facere nihil potestis, ut redeat. Vidébit vos cetera

multitudo fidelium, quæ Agnum ad hoc sequi non potest; vidébit, nec invidebit, et collatando vobis, quod in se non habet, habebit in vobis.

R. Cum beata Hildegardis vehementer cuperet dissolvi, et esse cum Christo, apparuit ei Sponsus, quem diligebat: * Qui eam ad cælestem thalamum traduxit. *V.* Quæ est ista, quæ ascendit de deserto, delictis affluens, inmixta super dilectum suum. *Qui.*

Lectio viii

Præsúmte itaque, fidente, roborámmi, permanete, qui voréris et réditis Domino Deo vestro vota perpétuæ continentæ, non propter præsens sæculum, sed propter regnum caelorum. Vos étiam, qui hoc nondum novistis, qui potestis capere, capite; perseveranter curríte, ut comprehendátis. Tollite hostias quinquæ suas, et introíte in átria Domini, non ex necessitate, sed potestatem habéntes vestræ voluntátis. Cogitate quidquid illud est: In muro ejus locum nominátum, meliorem multo quam filiorum atque filiarum. Cogitate illuc nomen atter-

num. Quis explicat quale nomen erit? Quidquid tamen erit, ætærnum erit. Hoc credendo et sperando et amando potuistis con-
fuga, non devitare prohibita, sed transvolare concessa.

R. O Sponsa Christi nobilis! O mater venerabilis! Incerede pro nobis ad Dominum, Regem Angelorum, quem semper puro corde dilexisti, in cuius amplèxibus sine fine permanes: * Ut remittat nobis omnia, quæcumque in ipsum peccavimus: **V.** Triuens nobis fervorem amoris sui sanctissimi, et post hoc exsilium mansionem cælestis habitaculi. **Ut.** Glória Patri. **Ut.**

**In Ferris Quator Temporum Lectio IX de Homilia Petri et fit ejus Commemoratio in Laudes tantum; alias Pro Impressione Ss. Stigmatum S. Francisci Conf.:
Lectio IX**

Franciscus singulari privilegio retractis sæculis non concesso insignitus apparuit, cum sacris Stigmatibus decoratus descendit de monte, secum ferens Crucifixi effigiem, non in tabulis lapideis vel ligneis manu figuratam ar-

tificis, sed in cærneis membris descriptam digito Dei vivi. Quoniam sacramentum regis seraphicus vir abscondere bonum esse optime novit, secreti regalis consors, signacula illa sacra pro viribus occultabat. Verum, quia Dei est ad glóriam suam magna revelare quæ facti, Dominus ipse, qui signacula illa secreta impresserat, miracula quædam aperte per ipsa monstravit; ut illorum occulta et mira vis Stigmatum manifestata pateret claritate signorum. Porro rem admirabilem ac tantopere testatam atque in pontificis diplomatis præcipuis laudibus et favoribus exaltatam, Benedictus Papa undecimus anniversaria solemnitate celebrari voluit: quam postea Paulus quintus Pontifex Máximus, ut corda fidelium in Christi crucifixi accenderentur amore, ad universam Ecclesiam propagavit.

Te Deum laudamus.

Ad Laudes

V. Diffusa est grátia in labiis tuis. **R.** Propterea benedixit te Deus in ætænum.

Ad Bened. Ant. O dignissima Christi sponsa! * quam lux prophetiæ illustravit, zelus apostolicus inflammavit, lætæa virginum coronavit, divini amoris incendiium consummavit.

Oratio

Deus, qui beatam Hildegardem Virginem tuam donis cælestibus decorasti: tribue, quæsumus; ut, ejus vestigiis et documentis insistentes, a præsentis sæculi caligine ad lucem tuam delectabilem transire mereamur. Per Dóminum nostrum.

Et fit Commemoratio Impressionis Ss. Stigmatum S. Francisci Conf.:

Ant. Euge, serve bone et fidelis, quia in pauca fuisi fidelis, supra multate constitutam, intra in gaudium Dómini tui.

V. Justum deduxit Dóminus per vias rectas. **R.** Et ostendit illi regnum Dei.

Oratio

Domine Jesu Christe, qui, frigescente mundo, ad inflammandum corda nostra tui amoris igne, in carne beatissimi Francisci passionis tuæ sacra Stigmata renovasti: concé-

de propitius; ut, ejus méritis et præciis crucem fugiter feramus, et dignos fructus poenitentiae faciamus: Qui vivis et regnas. **Vesperæ a Capitulo de sequenti, Commemoratio præcedentis, Impressionis Ss. Stigmatum S. Francisci et S. Josephi a Cuperfino, ut infra.**

Die 18 Septembris

S. Lantperti

Episcopi et Confessoris

Duplex

V. Amavit eum Dominus, et ornavit eum. **R.** Stulam glóriæ induit eum.

Ad Magnif. Ant. Sacerdos et Pontifex, * et virtutum ópifex, pastor bone in pópulo, ora pro nobis Dóminum.

Oratio

Fxaudi, quæsumus, Dómine, preces nostras, quas in beati Lantperti Confessoris tui atque Pontificis solemnitate defertimus: ei, qui tibi dignemurit famulari, ejus intercedentibus méritis ab omnibus nos absolve peccatis. Per Dóminum.

Et fit Commemoratio præcedentis:

Ant. Subveni nobis, Hildegardis virgo sanctissi-

ma, aeterni regis sponsa, in cuius aula splendescis sicut stella fulgentissima.

V. Diffusa est gratia in labiis tuis. **R.** Propterea benedixit te Deus in aeternum.

Oratio

Deus, qui beatam Hildegardem Virginem tuam donis caelestibus decorasti; tribue, quaesumus; ut, ejus vestigiis et documentis insistentes, a praesentis saeculi caligine ad lucem tuam delectabilem transire mereamur. (Per Dominum nostrum.)

Deinde Impressionis Ss. Stigmatum S. Francis:

Ant. Hic vir despiciens mundum et terrana, triumphans, divitias caelo condidit ore, manu.

V. Signasti, Domine, servum tuum Franciscum. **R.** Signis redemptionis nostrae.

Oratio

Domine Jesu Christe, qui, frigescente mundo, ad inflammandum corda nostra tui amoris igne, in carne beatissimi Francisci passionis tuae sacramenta renovasti: concede propitius; ut, ejus meritis et precibus cru-

cem jugiter feramus et dignos fructus poenitentiae faciamus: (Qui vivis.)

Postea S. Josephi a Cupertino Confessoris:

Ant. Mortuus sum, et vita mea est abscondita cum Christo in Deo.

V. Justum deduxit Dominus per vias rectas. **R.** Et ostendit illi regnum Dei.

Oratio

Deus, qui ad unigenitum Filium tuum exaltatum a terra omnia trahere disposuisti: perface propitius; ut, meritis et exemplis seraphici Confessoris tui Josephi, supra terrenas omnes cupiditates elevati, ad eum pervenire mereamur: Qui tecum vivit et regnat.

In I Nocturno, si sumenda sunt de Communi, Lectiones Fidei sermo, 1 loco.

In II Nocturno

LECTIO IV

Lantpertus Frisingensis episcopus mirae sanctitatis vir fuit. Cujus nondum ablactati mater numerum lacte tres caecos illuminavit; quod in filii gratiam divinitus contigisse creditur. Ultimo Lantperti anno Hunni sedibus suis adversus Ottionem impera-

toem egressi, cum alias Austriae et Boariae aedes sacras, oppida, coenobia ferro et igne populantes evertérunt, tum Frisingae sanctorum Viti et Stephani templa incendio deleverunt: at cum principiter templo ibidem faces subderent, nebula repente undique circum et superflusa flammam arcuit, ut nec malléoli ignem concipere, nec ignis aedem sacram laedere ullo modo potuerit, quod mérito votis et sanctitati Pontificis ibidegéntis erat adscribendum. Migravit ad Dominum anno nongentesimo quinquagesimo séptimo, décimo quarto Kalendas Octóbris: rexit ecclesiam annis undeviginti.

R. Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum: * Manus enim mea auxiliabitur ei. **V.** Nihil proficiet inimicus in eo, et filius iniquitatis non nocébit ei. **Manus.**

LECTIO VI

Quantis hic caecis, a via veritatis errantibus et de summa jam in profundum rupe pendentibus, amissum reddidit visum; et illum, quo Christus videretur, reparavit intutum? Quantorum auribus surdis et infidelitatis ob- turatione damnatis, ad percipiendam vocem caelestium mandatorum, pretiosum infudit auditum; ut vocánti Deo ad miseri-

Sermo sancti Máximi Episcopi

Homilia 59, de S. Eusebio 2

LECTIO V

Beati Patris Lantperti mérita jam in tuto posita, securi magnificemus;

córdiam responderent per obediéntiam? Quantos intrínsecus vulnerátos, anagéllici oris arte et oratiónum, ab infirmitate curávit?

R. Iste est, qui ante Deum magnas virtutes operátus est, et omnis terra doctrína ejus repléta est: * Ipse intercedat pro peccáts omnium populórum.

V. Iste est, qui contempsit vitam mundi, et pervénit ad caeléstia regna. **Ipsé. Glória Patri. Ipse.**

In III Nocturno *Homilia in Evangelium Vigiláte, quia nescitis, de Communi Conf. Pont. 2 loco.*

In Feris Quatuor Temporum *Lectio IX de Homilia Feriæ et fit ejus Commemoratio in Laudibus tantum; alias*

Pro S. Josepho a **Cupertino: Lectio ix**

Joséphus a Cupertino, piis paréntibus ortus, adolescens castis moribus insignis, apud Minóres Conventuales in cenóbio Cryptulæ inter láicos priimum, ob litterarum impertiam, deinde inter clericos divína dispositiône connumerátus est. Sacerdotiío initiátus, ciliçis, flagellis, supra multa te constructam, dicit Dóminus.

tum genere corpus afflixit; spíritum vero sanctæ oratiónis assíduo pábulo enutrivit, quo factum est, ut ad altíssimæ contemplatiónis gradum a Deo vocátus sit. Obediéntia et paupertate insignis, castitatem sumnóperè coluit, eámque, magnis tentatióibus devictis, servávit illésam. Mira dilectiône Virginem Mariam prosecútus est, et magna caritáte in páuperes respléndit. Tanta erat humilitáte, ut, magnum peccátorem se reputans, Deum ab eo illústria dona removeret. Ordinis moderatórum vel sacre Inquisitiónis jussu multas peragravit regiones; demum, Auximi in Picéno, anno actatis suæ sexagésimo primo, ad caelum evolávit.

Te Deum laudámus.

Ad Laudes

V. Justum deduxit Dóminus per vias rectas. **R.** Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Bened. Ant. Euge, serve bone * et fidélis, quia in pauca fuisti fidélius, supra multa te constructam, dicit Dóminus.

Oratio

Fraudi, quæsumus, Dómine, preces nostras, quas in beáti Lantperti Confessoris tui atque Pontíficis solemnitate deférimus; et, qui tibi digneméruit famulári, ejus intercedentibus méritis, ab omnibus nos absolve peccáts. Per Dóminum.

Et fit *Commemoratio S. Josephi a Cupertino:*

Ant. Osténdit mihi Dóminus flúvium aquæ vivæ, spléndidum tamquam crystallum, procedentem de sede Dei et Agni.

V. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. **R.** Stolum glóriæ induit eum.

Oratio

Deus, qui ad unigénitum Fílium tuum exaltátum a terra omnia tráhere disposuisti: pérfice propítius; ut, méritis et exemplo seráphici Confessoris tui Joséphi, supra terrénas omnes cupiditates eleváti, ad eum pervenire mereámur: Qui tecum vivit.

Vesperæ a *Capitulo de sequenti Festo Ss. Januarii et Soc. Mm. cum Commemorazione præcedentis:*

Ant. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum: stolum,

lam glóriæ induit eum, et ad portas paradisi corónávit eum.

V. Justum et Oratio **Exaudi, ut supra.**

Deinde fit de **S. Josepho a Cupertino Conf.:**

Ant. Existimo omnia detriméntum esse propter eminentem sciéntiam Jesu Christi, Dómini mei.

V. Amávit et Oratio **Deus, qui ad, ut supra.**

Die 25 Septembris

S. Emmerami

Episcopi et Martyris

(d. a. ex 22 h.)
Semiduplex

Ant. Iste Sanctus pro lege Dei sui certávit usque ad mortem, et a verbis impiórum non tímuit; fundátus enim erat supra firmam petram.

V. Glória et honóre coronásti eum, Dómine. **R.** Et constituisti eum super ópera mánuum tuárum.

Oratio

Infirmítatem nostram respice, omnipotens Deus: et, quia pondus própriæ actiósni gravat, beáti Emmerami Mártiris tui atque Pontíficis intercessiío glóriosa nos prótegat. Per Dóminum.

In II Nocturno

Lectio iv

Emmeramus, in Aquitania natus, a pueritia mundum cum concupiscētiis suis despiciens, in sacris litteris et pietatis exercitiis continuus, relicta patria evangelii prædicandi studio in Germaniam proficiscitur; et cum ipse illius gentis linguam non nosset, per intérpretem multis in locis fidem donavit. Ratisbónam deinde venit, a Theodóne, Bojariórum duce, ulterius proficisci non permittitur. Episcopi igitur fidéls et prudētis officio in Bojaria per triénnum perfungitur, póstea peregrinationem ad apostolorum visitanda límina simulans, a Theodóne dimittitur. Præscētens autem ille, se flagitii ab álto commissi falso insimulári, indeque sibi durissimam mortem instáre, in itinere loco quodam solitário consistit, et optátum temporális vitæ finem exspectat. Insectus eum Lanpertus Theodónis filius, tertio tandem die deprehēdit, ac innocētem innamí crudelitate invádit, dígitos ei articulárum præcídí, óculos evéllí, na-

res et aures amputári, linguam resecári, pedes cum palmis defrucari, et his atrociora in sanctum episcopum procurat: qui Deo in tantis cruciamentis gratias agēdo, paulo post spiritum reddidit. Sanctitatem ipsius et innocētiám plúrima, quæ vivus et post mortem fecit, miracula declárant. Corpus eius Ratisbónam relátum in monasterio sub ipsius nómine célebrí requiescit.

R. Honéstum fecit illum Dominus, et custodivit eum ab inimicis, et a seductóribus tutavit illum: * Et dedit illi claritatem ætérnam. **V.** Descenditque cum illo in fóveam, et in vinctulis non dereliquit eum. **Et.**

Sermo sancti Augustini

Episcopi

Sermo 44 de Sanctis

Lectio v

Triumphalis beáti Mártiris Emmerámi dies hódie nobis anniversária celebrifate recúrrit: cujus glorificatióne sicut congáuletur Ecclésia, sic ejus própónit sequēnda vestigia. Si enim compátimur, et conglorificábimur. In cuius glorióso agóne duo no-

irrisiões, flagélla non tímuit: et quot ante mortem pro Christo pértulit supplicia, tot ei de se obtulit sacrificia. Quod enim propinante Apóstolo bíberat, alte retinébat: Quia non sunt condígnæ passiónes hujus témporis ad futuram glóriam, quæ revelábitur in nobis. Et quia momentáneum hoc et leve nostræ tribulatiónis, ætérnum glóriæ pondus operá-tur in cælis. Hujus promissiónis amóre a terrénis suspēsus, et prægustáta supérnæ suavitatís dulcedine ineffábiliter afféctus, dicebat cum Psalmísta: Quid mihi est in cælo, et a te quid vólui super terram? Defécit caro mea et cor meum: Deus cordis mei, et pars mea Deus in ætérnum.

R. Stola jucunditátis índuit eum Dóminus: * Et coronám pulchritúdinis posuit super caput ejus. **V.** Cibavit illum Dóminus pane vitæ et intelléctus: et aqua sapiētiæ salutaris potávit illum. **Et.** Glória Patri. **Et.**

In III Nocturno Homilia in Evangelium Si quis venit ad me, de Communi unius Mart. 1 loco.

bis præcipue consideránda sunt: induráta videlicet tortóris sævítia, et Mártiris invicta paciētia. Sævítia tortóris, ut eam detestémur: paciētia Mártiris, ut eam imitemur. Audi Psalmístam advértens malíciám increpántem: Noli æmulári in malignántibus, quóniam tamquam fenem velociter aréscunt. Quod autem advértens malignántes paciētia exhibēnda sit, audi Apóstolum suadentem: Paciētia vobis necessariá est, ut reportétis promissiónes.

R. Desidérium ánimæ ejus tribuísti ei, Dómine, * Et voluntate labiórum, ejus non fraudásti eum. **V.** Quóniam prævenísti eum in benedictiόνibus dulcedínis: posuísti in cápite ejus coronám de lapide pretiósio. **Et.**

Lectio vi

Coronáta itaque est beáti Mártiris paciētia: mancipáta est ætérnis cruciátibus tortóris incorréccta malítia. Hoc at-téndens in agóne suo gloriósus Christi athléta, non exhorruit cárcerem. Ad imitatiónem cápitis sui tolerávit probra, sustinuit

Ad Laudes

V. Justus ut palma florébit. **R.** Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

* **Ad Bened. Ant.** Qui odit mundum, in vitam ætérnam custodit eam.

Oratio

Infirmittatem nostram respice, omnipotens Deus: et, quia pondus præriæ actionis gravat, beati Emmerami Martyris tui atque Pontificis intercessio gloriosa nos protegat. Per Dóminum.

In II Vesperis

V. Justus, ut supra.

Ad Magnif. Ant. Qui vult venire post me, * abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me.

Et fit *Commemoratio sequentis Festi Ss. Cypriani et Justinae Virg., Mart.:*

Ant. Istorum est enim regnum cælorum, qui contempserunt vitam mundi, et pervenerunt ad præmia regni, et laverunt stolas suas in sanguine Agni.

V. Letámini in Dómino et exultáte, justi. **R.** Et gloriámini, omnes recti corde.

Oratio

Beatórum Mártyrum Cypriani et Justinae nos, Dómine, foveant continuátá præsidia: quia non desinis propitiis intuí, quos talibus auxiliis concesseris adjuvári. Per Dóminum nostrum.

Die 11 Octobris

In *Ecclésia Metropolitana et Eccl. non consecr. Archidiececis*

Maternitatis**B. Mariæ Virg.**

Duplex II classis

Omnia ut in *Breviario* hodie.

In II *Vesp.* fit *Commemoratio sequentis ut infra.*

Eadem die 11 Octobris

In *Ecclésiis consecratis Archidiececis*

In Dedicacione Ecclesiæ propriæ

Duplex I classis

Omnia ut in *Communi Dedicacionis Ecclesiæ.*

In II *Vesperis* fit *Commemoratio sequentis Festi Maternitatis B. M. V.:* ut in *Breviario:* deinde *S. Maximiliani Ep. et Mart., ut infra.*

Infra Octavam fit *ejusdem Commemoratio in Laudibus et Vesperis juxta Rubricas.*

Die 12 Octobris

In *Ecclésia Metropolitana et Eccl. non consecr. Archidiececis*

S. Maximiliani**Episcopi et Martyris**

Duplex

Ant. Iste Sanctus pro lege Dei sui certavit usque ad mortem, et a verbis impiórum non tímuit; fundatus enim erat supra firmam petram.

V. Glória et honóre coronásti eum, Dómine. **R.** Et constituísti eum super ópera mánuum tuárum.

Oratio

Deus, qui nos beati Maximiliani Martyris tui atque Pontificis annua solemnitate lætificas: concede propitiis; ut, cuius natalitia cólimus, de ejusdem etiam protectione gaudeámus. Per Dóminum nostrum.

In II Nocturno**Lectio iv**

Maximiliánus, Celsiæ in Pannónia christianus ac claris parentibus natus, ab ineunte ætate in timóre Dei litterarúmque stúdiis educátus, præclaræ semper índolis et sin-

gularis pietátis espécimen præ se tulit. Annis adulescéntiæ cum magna vitæ innocéntia et integritate exáctis, cum multis præcélèter virtútibus, tamen benégnitas in páuperes máxime in eo eníruit, quorum egestáti et misérís sublevándis sic stúduit, ut opes etiam amplas sibi a parentibus reléctas in egéntium usum Christi nómine erogárit. Quod beneficiéndi stúdiúm per omnem vitam insígni cum laude cóluit.

R. Honéstum fecit illum Dóminus, et custodivit eum ab inimicis, et a seductóribus tutávit illum: * Et dedit illi claritatem ætérnam. **V.** Descenditque cum illo in fóveam, et in vínculis non dereliquit eum. **Et.**

Lectio v

Nec látuit virtútum ejus splendor. Vacante enim episcopátu Laureacénsi, communi tósius clerici populique voto episcopus Laureacénsis, ipso plúrimum, sed frustra reluctante designatur. Quo in múnere talem se caritátis affectu, humilitate profunda, patientia, omni-

que virtutum exercitio exhibuit, qualem dignitatis sanctificatio postulabat. Ad limina apostolorum Romam profectus, accepta a Sixto secundo benedictione, ad suos revertitur. Ubi in colendo Domini agro magnis desudans laboribus, circa annum ducentésimum septuagésimum in monte Frisingano primam ecclesiam beatae Mariæ erexit.

R. Desiderium animæ ejus tribuisti ei, Domine, * Et voluntate laborum ejus non fraudasti eum. **V.** Quoniam prevenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in cæpite ejus coronam de lapide pretioso. **Et.**

Lectio vi

Cum jam per episcopatum suum disseminatae fidei suae plantas, increméntum dante Domíno, succrescere cerneret, pátriæ in infidelitatibus adhuc detentæ miseris, in Pannoniam, ejus sedéntes prædicando ad lumen veritatis dirigere conatur, ab Ejuasio præside comprehensus, ob

constantissimam christianæ fidei confessionem cæpitis obruncatione martyrii gloriam adeptus est. Ejus sacra ossa Passavii in basilica sancti Stéphanii extra chorum debito honore asservantur.

R. Stola iucunditatis induit eum Domínus: * Et coronam pulchritudinis posuit super caput ejus. **V.** Cibavit illum Domínus pane vitæ et intellectus: et aqua sapientiæ salutaris potavit illum. **Et.** Glória Patri. **Et.**

In III Nocturno *Homilia in Evangelium* Si quis venit ad me, de *Communione unius Martyris* 1 loco.

Ad Laudes

V. Justus ut palma florébit. **R.** Sicut cedrus Libani multiplicabitur.

Ad Bened. Ant. Qui odit mundum, in vitam æternam custodit eam.

Oratio

Deus, qui nos beati Maximiliani Martyris tui atque Pontificis annua solemnitate lætificas: concede propitius; ut, cujus natalicia cõlimus, de ejusdem etiam protectione gaudeamus. Per Domínium.

In II Vesperis

V. Justus, ut supra 30*.

Ad Magnif. Ant. Qui vult venire post me, * abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me.

Et fit Commemoratio sequentis Festi S. Eduardi Regis, Confessoris:

Ant. Similábo eum viro sapienti, qui ædificavit domum suam supra petram.

V. Amávit eum Domínus, et ornávit eum. **R.** Stolum glóriæ induit eum.

Oratio

Deus, qui beatum regem Eduárdum, Confessorem tuum, æternitatis gloria coronasti: fac nos, quæsumus; ita eum venerari in terris, ut eum eo regnare possimus in cælis. Per Domínium nostrum.

Eadem die 12 Octobris

In Ecclesiis consecratis
Archidiececis

Maternitatis

B. Mariæ Virg.

Duplex II classis

(d. a. ex heri)

Omnia ut in Breviario die 11 Octobris. IX Lectio (ex 3 fit una) de S. Maximiliano Ep. et Mart., ut supra 29*.

In Laudibus fit Commemoratio S. Maximiliani tantum.

In II Vesperis fit Commemoratio sequentis Festi S. Eduardi Reg., Conf. et S. Maximiliani Ep. et Mart. tantum ut supra.

Die 16 Octobris

S. Galli Abbatis

Duplex

V. Amávit eum Domínus, et ornávit eum. **R.** Stolum glóriæ induit eum. **Ad Magnif. Ant.** Similábo eum * viro sapienti, qui ædificávit domum suam supra petram.

Oratio

Intercéssio nos, quæsumus, Domíne, beati Galli Abbátis commendet; ut, quod nostris méritis non valémus, ejus patrocinio assequámur. Per Domínium nostrum.

Et fit Commemoratio præcedentis Festi S. Teresiæ Virginis:

Ant. Veni, Sponsa Christi, accipe coronam, quam tibi Domínus præparávit in ætérnum.

V. Diffusa est grátia in lábis tuis. **R.** Propterea benedixit te Deus in ætérnum.

Oratio

Fxaudi nos, Deus, salutaris noster: ut, sicut de beatæ Teresæ Virginitis tuæ festivitate gaudemus; ita cælestis ejus doctrinæ pabulo nutriamur, et piæ devotionis erudiámur affectu. (Per Dóminum.)

Deinde S. Hedwigs Viduæ:

Ant. Simile est regnum cælorum homíni negotiátori quærenti bonas margaritas: inventa una pretiosa, dedit omnia sua, et comparavit eam.

V. Spécie tua et pulchritudine tua. **R.** Inténde, prospere procéde, et regna.

Oratio

Deus, qui beatam Hedwigem a sæculi pompa ad humilem vitæ Crucis sequelam toto corde transire docuisti; concede: ut ejus méritis et exemplo discámus perituras mundi calcare delicias, et in amplexu tuæ Crucis omnia nobis adversantia superáre: Qui vivis et regnas.

In II Nocturno

Lectio iv

Gallus abbas, nobilibus apud Scotos natalibus ortus, in Hibernia in monasterio Benchor adolescentulus vitam pauperem

cum elegisset, humilitati et obedientiæ, perfectæque submissiõni semper stúduit. Deinde vero cum non morum tantum, sed et ingenii laude ac sanctarum scripturarum scientia usúque apprime floréret, prædicandi evangélii causa abbatem Columbánum secutus, in Britanniam, indeque in Gálliam trajécit: ubi Sigeberti regis voluntate Luxoviénsis solitúdinem dum incoleret, ad Christi fidem complures, multos etiam ad monástica vitæ instituta permóvit. Sed cum regis Theodorici concubinátum redarguere Columbánus abbas non desisteret, Brunichildis reginæ insinfecto Luxovio pulsus, accepta a Theodeberto Austrasianorum rege potestáte in Allemánia ad lacum Turicinum primum, deinde vero apud Brigantium oppidum, reconciliáto sanctæ Auréliæ templo consédit.

R. Honestum fecit illum Dóminus, et custodivit eum ab inimicis, et a seductóribus tutávit illum: * Et dedit illi claritatem ætérnam. **V.** Justum dedixit Dóminus per vias

rectas, et osténdit illi regnum Dei. **Et.**

Lectio v

Verum, quóniam Gallus idololatráæ scelus ubique convellébat, et fana ac simulácrâ dissipábat, gentílium ódia concitávit: quibus etiam cedéndum ratus Columbánus, in Italiâ ipse ad Agilulûm Longobardorum regem profectus Gallum fébribus deténtum una cum Magnoaldo et Theodoro monachis in Allemánia reliquit. Gallus vero octogésimum quintum annum agens, móx, ut conváluit, erémum cum jam dictis discipulis ingressus, triduano eam sejúnio, orationibus ac lacrimis consecrávit et monastérium condidit. In quo plures fratres monásticis disciplinis et divinârum scripturarum intelligétiâ imbuít, ac gentes circumpósitas Jesu Christi fidem sectári dócuit. Corpus suum inédia, frígore, cilió dénique et caténa castigávit ita secréto, ut de caténa ejus área cilióve, quibus ad hujusmodi exercitia uterétur, nec discipuli ejus, dum viveret, nescírent.

R. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum: stolam glóriæ induit eum. * Et ad portas paradisi coronávit eum. **V.** Induit eum Dóminus lorícâ fidei, et ornávit eum. **Et.**

Lectio vi

Fridbúrgam Allemánia regis sponsam, a sævissimo demónio, in quo expelléndo duo episcopi frustra elaboráverant, sola Gallus oratióne sanat: a quo meliõris vitæ instituta consilii sacrum velâmen, assentiente Sigeberto rege, suscepit. Ducis vero opulentissima dona omnia comminuit, et apud Arbónam in páuperes erogávit. Episcopátum Constantiensem et abbatiam Luxoviensem suscipere recusávit. Columbánus in Italia vitæ múnere sanctissime perfúctum per visionem in Allemánia præcognóvit. Dénique cum populos multos ab idolórum cultu advocasset, ipsoque die sancti Michaélis archangeli apud Arbónam post Missárum solémnia evangélium prædicasset, febre in jam dicto oppido íterum correptus, anno Domini sexcentésimo vi-

gésimo quarto, Bonifáti Papæ quinti séptimo, suæ ætátis nonagésimo quinto, die vero décima séptima Kalendárum Novémbrim, inter discipulorum manus exspirávit. Sed cum illic nullo modo potuisset humári, indomitórum tandem equórum ductu, ardentibus continuo ad férétrum céréis, in sacram érétrum perlátus, in oratório suo Joánnis episcopi Constantiënsis, sui olim discipuli, fratrumque máribus sepúltus, miraculis cláruit.

R. Iste homo perfécit ómnia quæ locútus est ei Deus, et dixit ad eum: Ingredere in réquiem meam: * Quia te vídi justum coram me ex ómnibus gentibus. **V.** Iste est, qui contémpsit vitam mundi, et pervénit ad cælestia regna. **Quia. Glória Patri. Quia.**

In III Nocturno **Homilia in Evangelium** Ecce, nos reliquimus, ut in **Communium Abbatum** 1 loco.

Pro S. Hedwigis Vidua:

Lectio ix

Hedwigis, régis clara natálibus, sanctæ Elisabeth, filix régis Hungá-

riæ, matértera, duodénnis Henrico Polóniæ duci nupti trádita, prolem inde susceptam in Dei timóre erudívit. Ut autem commódus Deo vacáret, ex pari voto et consénsu uná animi, ad separatióne theori virum indúxit. Quo defuncto, ipsa in monastério Trebnicénsi Cisterciénsem sumpsit hábitum; in eoque, contemplatióne intentá, divinis Officiis et Missarum solémniis assídua assistere in delictis hábit. Sublimióribus florens virtútibus, arcíssima peniténtia, consiliórum gravitáte animique candóre, in eximium religiosæ pietátis evásit exéplum. Omnibus se ultro subiecit atque viliora múnia subíre, paupéribus étiam flexorórum pedes ablúere et osculári, ipsi familiáre erat. Mira ejus patientia animique constántia, præcipue in morte Henrici, ducis Silésix, sui filii in bello a Tártaris cæsi, enítuit. Miraculórum glóriá, præcipue post óbitum, claram, Clemens quartus Sanctórum número eam adscripsit.

Te Deum laudámus.

Vesperæ a Capitulo de sequenti:

V. Spécie tua et pulchritúdine tua. **R.** Inténde, prospere procédé, et regna. **Ad Magnif. Ant.** Veni, Sponsa Christi, * ácope corónam, quam tibi Dóminus præparávit in ætérnum.

Oratio

Dómine Jesu Christe, qui investigábiles divítias Cordis tui beatæ Margaritæ Mariæ Virgini mirábiliter revelásti: da nobis ejus méritis et imitatióne; ut, te in ómnibus et super ómnia diligétes, jugem in eódem Corde tuo mansiónem habére mereámur: Qui vivis et regnas.

Et fit Commemoratio præcedentis:

Ant. Hic vir despiciens mundum et terréna, triúmphans, divítias cælo cóndidit ore, manu.

V. Justum et Oratio Intercessio, ut supra.

Deinde S. Hedwigis Viduæ:
Ant. Manum suam aperuit inopi, et palmas suas extendit ad páuperem, et panem otíosa non comédit. **V.** Diffusa et Oratio Deus, qui beatam, ut supra.

Ad Laudes

V. Justum deduxit Dóminus per vias rectas. **R.** Et osténdit illi regnum Dei.

Ad Bened. Ant. Euge, serve bone * et fidelis, quia in pauca fuísti fidelis, supra multa te constitúam; intra in gáudium Dómini tui.

Oratio

Intercessio nos, quæsumus, Dómine, beáti Galli Abbátis commendet: ut, quod nostris méritis non valémus, ejus patrocinio assequámur. Per Dñm.

Et fit Com. S. Hedwigis:

Ant. Date ei de fructu mánuum suárum, et laudent eam in portis ópera ejus.

V. Diffusa est grátia in lábiis tuis. **R.** Propterea benedixit te Deus in ætérnum.

Oratio

Deus, qui beatam Hedwigem a sæculi pompa ad humilem tuæ Crucis sequélam toto corde transire docuísti: concede; ut ejus méritis et exémplo discámus perituras mundi calcáre delicias, et in amplexu tuæ Crucis ómnia nobis adversántia subíperáre: Qui vivis.

Die 18 Octobris

S. Lucae Evangelistae

Duplex II classis

In utrisque Vesperis et Laudibus, in Ecclesiis consecratis, fit Commemoratio diei Octavae Dedicationis Ecclesiae propriae.

Die 31 Octobris

S. Wolfgangi

Episcopi et Confessoris

Duplex

V. Amavit eum Dóminus, et ornávit eum. **R.** Stolum glóriæ induit eum.

Ad Magnif. Ant. Sacérdos et Pontifex. * et virtutum ópifex, pastor bone in pópulo, ora pro nobis Domínium.

Oratio

Deus, qui nobis aeternae salutis beatum Wolfgangum Episcopum nostrum tribuisti: praesta, quæsumus; ut, quem doctorem vitæ habuimus in terris, intercessorem habere mereamur in caelis. Per Dóminum nostrum.

In II Nocturno

Lectio iv

Wolfgangus, nóbili in Suevia genere progenátus, rerum exterarum fuit et sui contemptor egregius, solum ex ánimo De-

um quærens: honores amplissimos ab Henrico Trevirensium episcopo sibi oblátos recusavit; illóque demórtuo, pollicitationibus aliorum contempsis, monasticam tandem vitam, cuius semper desiderio flagraverat, est amplexus. Sacris ordinibus a beato Udalrico initiátus, cum in Pannoniam prædicánda Evangelii causa se prius contulisset, propter conjunctam in eo exímia cum pietate prudentiam, Ottónis imperatoris stúdio, totiusque cleri et pópuli acclamatióne, ecclesiæ Ratisbonénsi rite præficitur.

R. Inveni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum: * Manus enim mea auxiliábitur ei. **V.** Nihil proficiet inimicus in eo, et filius iniquitátis non nocébit ei. **Manus.**

Lectio v

Suscépto episcopátus múnere, gregem Dómini verbo pavit, et exemplo, sanctissimisque ecclésiæ temperávit institútis. Monasterio sancti Emmerámi, quod jam diu episcopi administraverant, restitútis provéntibus, magno illius bono, insignem virum Romuáldum

præpósuit. Sanctimonialium cenóbium, quod ipse fundáverat, tam sancte instituit, ut collapsa in aliis disciplína eo exémplo sit fáciie restaurata, novóque pietátis odóre capta Brí-gida, Bavaríæ ducis filia, sponsum Christum secúta, ad sacras se vírgines aggregárit. Bohémis, quo amplióra apud illos fides incrementa caperet, contémpto suæ ecclésiæ detríménto, rejectis aliórum consiliis, próprium dari episcopum libentissime permisit.

R. Pósi adjutórium super poténtem, et exaltávi eléctum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliábitur ei. **V.** Inveni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum. **Manus.**

Lectio vi

Egregiam viri sanctitatem comprobárumt engúmeni, et váris languóribus oppréssti, quos precatióne sanavit. Divino afflátus instínctu, sanctum Henricum imperátorem regnatúrum, fratrem ipsius Brunónem ad episcopátum promotúm iri, e soróribus álteram reginam, abbatissam álteram fore prædixit. Dénique cum vi-

ginti et ámplius annis in séduli Pastóris múnere peráctis, extrémum sibi diem imminére intelligeret, quæ ex usitáta liberalitate supererant, per manus pauperum præmísit, sacráque Eucharistíæ viático præmunitus, in sancti Othmári aede, uti divínitus ántea futurum acceperat, sanctissimam vitam parí morte conclúsit, Ratisbónæ in templo sancti Emmerámi sepúltus.

R. Iste est, qui ante Deum magnas virtútes operátus est, et omnis terra doctrína ejus repléta est: * Ipse intercedat pro peccátis ómnium populórum. **V.** Iste est, qui contempsit vitam mundi, et pervénit ad caeléstia regna. Ipse. **Gloria Patri. Ipse.**

In III Nocturno *Homilia in Evang.* Vigiláte, quia nescitis, die de Communi Conf. Pont. 2 loco.

Pro Vigilia Omnium Sanctorum:

Lectio sancti Evangelii secúndum Lucam

Lectio ix Cap. 6, 17-23

In illo témpore: Descéndens Jesus de monte, stesit in loco campestri, et turba discipulorum ejus, et

multitúdo copiosa plebis ab omni Judæa, et Jerusale, et maritima, et Tyri, et Sidónis. Et reliqua.

Homilia sancti Ambrósii
Episcopi

Libro 5 in Lucae cap. 6,
post initium

Adverte omnia diligenter, quomodo et cum Apostolis ascendat, et descendat ad turbas. Quomodo enim turba nisi in humiliter Christum videret? Non sequitur ad excelsa, non ascendit ad sublimia. Denique ubi descendit, invenit infirmos; in excelsis enim infirmi esse non possunt. Hinc etiam Matthæus docet in inferioribus debiles esse sanatos. Prius enim unusquisque sanandus est, ut paulatim virtutibus procedentibus ascendere possit ad montem. Et ideo quemque in inferioribus sanat, hoc est, a libidine revocat, injuriam cæcitatatis avértit. Ad vulnera nostra descendit; ut usu quodam participes nos faciat esse regni cælestis. **Te** Deum.

Ad Laudes

¶. Justum deduxit Dóminus per vias rectas. **R.** Et ostendit illi regnum Dei.

Communi plurimorum Martyrum, præter sequentia.

¶. Lætámini Dómino et exultáte, justi. **R.** Et gloriámini, omnes recti cordé. **Ad Magnif. Ant.** Istórum est enim * regnum cælórum, qui contempserunt vitam mundi, et pervererunt ad præmia regni, et laverunt stolas suas in sáanguine Agni.

Oratio

Age in nobis, Dómine, resurrectionis fidem, qui in Sanctórum tuórum Reliquiis mirabilia operaris: et fac nos immortalis glóriæ participes, cujus in eórum cineribus pignora venerámur. Per Dóminum.

Et fit Commemoratio præcedentis Festi S. Caroli Episcopi et Confessoris:

Ant. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum: stolam glóriæ induit eum, et ad portas paradisi coronávit eum.

¶. Justum deduxit Dóminus per vias rectas. **R.** Et ostendit illi regnum Dei.

Oratio

Ecclésiastiam tuam, Dómine, sancti Caroli Confessoris tui atque Pontificis continua proteccióne custodi: ut, sicut illum pastoralis sollicitúdo glóriósum

reddidit; ita nos ejus intercessio in tuo semper faciat amóre fervéntes. (Per Dóminum nostrum.)

Deinde Octavæ Omnium Sanctorum:

Ant. O quam glóriósum est regnum, in quo cum Christo gaudet omnes Sancti, amici stolis albis sequúntur Agnum quocúmque íerit!

¶. Exsultábunt Sancti in glória. **R.** Lætábúntur in cubilibus suis.

Oratio

Omnipotens sempitérne Deus, qui nos omnium Sanctórum tuórum mérita sub una tribuisti celebritáte veneráti: quæsumus; ut desideratam nobis tuæ propitiátionis abundantiam, multiplicátis intercessóribus, largiáris. Per Dóminum.

In I Nocturno Lectiones de Scriptura occurrenti cum suis Responsoriis de Tempore.

In II Nocturno

Ex Tractátu sancti Joánis Damascéni de fide orthodoxa

Lectio iv

Liber 4, cap. 15

Christus Dóminus Sanctorum reliquias velut salutáres fontes præbuit,

ex quibus plúrima ad nos beneficia manant, suavissimúque unguéntum prófluit. Nec vero quisquam his fidem détrahat. Nam si aqua in deserto ex dura et áspera rupe, atque ex ásini maxilla, ad sedandam Samsóni sitim, Deo ita volente, prosiliit, cur incredúbile videátur, ex Mártýrum reliquis unguéntum suáve scaturire? Mínime certe eis, quibus Dei poténtia et honor, quo Sanctos suos áfficit, perspécta sunt et explorata.

R. Sancti tui, Dómine, mirábilé consecutí sunt iter, serviéntes præceptis tuis, ut inventiéntur illæsi in aquis válidis: * Terra appáruit árida, et in Mari Rúbro via sine impediénto. **V.** Quóntiam percussit petram, et fluxerunt aquæ, et torrentes inundáverunt Terra.

Lectio v

In lege quidem, quisquis mórtuum tetigerat, imúndus censebátur. Hi verum in mortuórum número mínime sunt habéndi. Ex quo enim ille qui ipsa Víta est, et vítae Auctor, inter mórtuos deputátus est: eos qui cum spe resurrectiónis fidéque in

ipsum obdormiérunt, nequáquam mórtuos appellámus. Qui enim mortuum corpus mirácula édere queat? Quanam igitur ratione, horum ópera dédémone expellúntur, morbi profligántur, agróti sanántur, cæci visum recóntantur, leprósi mundántur, tentationes discutúntur ac mæiores, omne dénique datum óptimum, iis qui fide non dúbia póstulant, per eos descendit a Patre lúminum? Quid labóris non suscipias, ut patrónum nanciscáris, qui te mórtali regi offerat, et pro te ad eum verba fáciat? An non igitur ii honorándi, qui totúus géneris húmáni patróni sunt, Deoque pro nobis súpplices preces adhibent?

R. Vérbera carníficum non timuérent Sancti Dei, moriéntes pro Christi nómine: * Ut heredes fíerent in domo Dómini. **V.** Tradidérunt córpora sua propter Deum ad supplícia. **Ut.**

Lectio vi

Honorándi certe: et quidem ita, ut in eórum nómine templa Deo exstruámus, dona offerámus, in memóriis eórum colámus,

atque in iis spiritúaliter oblectémur: ea úti que lætítia, que illis arrideat a quibus invitámur, ne, dum demeréti illos studémus, offendámus pótius et iritémus. Quibus enim rebus Deus cólitur, íisdem servi quoque ipsíus oblectántur: quibus autem Deus offénditur, íisdem étiam milités offénduntur. Quocírca in psalmis et hymnis et canticis spiritúalibus, in compunctióne quoque, et egeórum miseratióne, quibus et Deus potíssimum cólitur, nos qui fidéles sumus, cólere Sanctos opórtet. Státuas eis, et imágines que videántur, erigámus: immo virtútis eórum imitándo hoc consequámur, ut vivæ ipsórum státuæ imaginésque evadámus.

R. Tanquam aurum in fornáce probávit electos Dóminus, et quasi holocausti hóstiam accepit illos; et in tempore erit respectus illórum: * Quóniam donum et pax est electis Dei. **V.** Qui confidunt in illum, intélligent veritátem: et fidéles in dilectiône acquiescent illi. Quóniam. Glória Patri. Quóniam.

In III Nocturno Homilia in Evangelium Descéndens Jesus, de Communi plurimorum Mártýrum 2 loco.

Ad Laudes

V. Exsultábunt Sancti in glória. **R.** Lætábuntur in cubilibus suis.

Ad Bened. Ant. Vestri capilli capitis * omnes numeráti sunt: nolite timére: multis passéribus meliores estis vos.

Oratio

Auge in nobis, Dómine, resurrectiónis fidem, qui in Sanctórum tuórum Relíquiis mirabilia operáris: et fac nos immortális glóriæ partícipes, cujus in eórum cinéribus pignora venerámur. Per Dóminum.

Et fit Commemoratio Octavæ Omnium Sanctórum:

Ant. Te glóriósus Apostolórum chorus, te Próphetárum laudábilis número, te Mártýrum candidátus laudat exercítus; te omnes Sancti et electi voce confiténtur unánimes, beáta Trínitas, unus Deus.

V. Lætámini in Dómino et exsultáte, iusti. **R.** Et gloriámini, omnes recti corde.

Oratio

Omnipotens sempiterna Deus, qui nos omnium Sanctorum tuorum merita sub una tribuisti celebritate venerari: quem sumus, ut desideratam nobis tue propitiacionis abundantiam, multiplicatis intercessoribus, largiaris. Per Dominum nostrum Jesum Christum, Filium tuum: Qui tecum vivit et regnat.

In II Vesperis

V. Exultabunt Sancti in gloria. **R.** Laetabuntur in cubilibus suis.

Ad Magnif. Ant. Gaudent in caelis anime Sanctorum, qui Christi vestigia sunt secuti: et quia pro ejus amore sanguinem suum fuderunt, ideo cum Christo exsultant sine fine.

Oratio

Auge in nobis, Domine, resurrectionis fidem, qui in Sanctorum tuorum Reliquiis mirabilia operaris: et fac nos immortalis gloriae participes, cujus in eorum cineribus, pignora veneramus. Per Dominum.

Et fit Commemoratio sequentis et Octavae Omnium Sanctorum, ut infra.

Die 6 Novembris

S. Leonardi Abbatis

Duplex

Ant. Similabo eum viro sapienti, qui edificavit domum suam supra petram.

V. Amavit eum Dominus, et ornavit eum. **R.** Stulam gloriae induit eum.

Oratio

Intercessio nos, quesumus, Domine, beati Leonardi Abbatis commendet: ut, quod nostris meritis non valeamus, ejus patrocinio assequamur. (Per Dominum nostrum.)

Deinde fit Commemoratio Octavae Omnium Sanctorum:

Ant. O quam gloriosum est regnum, in quo cum Christo gaudent omnes Sancti, amici stolis albis sequuntur Agnum quocumque ferit!

V. Laetamini in Domino et exultate, justi. **R.** Et gloriamini, omnes recti corde.

Oratio Omnipotens, ut supra.

In II Nocturno

Lectio iv

Leonardus sub Anastasio imperatore claris et magna apud Clodoveum

regem dignitatis et auctoritatis ortus parentibus, terreni regis militia perquam honorata amore caelestium spreta, in ipso adolescentiae robore ad spirituales militiae castra sub beato Remigio stipendia facturus confugit, a quo cum primis didicit, operibus misericordiae nihil in hac vita pulchrius, nihil suavius, nihil Deo hominibusque gratius esse. Horum igitur studio tantum profictebat, ut fama ejus miro praeconio celebraretur: oblatos quoque a rege honores declinans, Aureliam contendit.

R. Honestum fecit illum Dominus, et custodivit eum ab inimicis, et a seductoribus tutavit illum: * Et dedit illi claritatem aeternam. **V.** Justum duxit Dominus per vias rectas, et ostendit illi regnum Dei. **Et.**

Lectio v

Caelesti deinde monitus oraculo in Aquitaniam migravit, ubi, quoniam adhuc recens erat christiana religio, nefariae superstitionis reliquiae in multorum pectoribus relictae haerebant. Ubi igi-

tur vir Dei eas profligaret, dictis factisque Christum annuntians, magnos faciebat fructus; fugabat daemones, surdos, claudos, caecos, moribidos quoscunque ad ipsum venientes verbo curabat. Reginam quoque ipsam illo tempore ex partu cum mortis doloribus conflictantem, a rege humiliter rogatus, mox suis ad Deum precibus partus difficultate liberavit.

R. Amavit eum Dominus, et ornavit eum: stulam gloriae induit eum. * Et ad portas paradisi conavit eum. **V.** Induit eum Dominus lorcam fidei, et ornavit eum. **Et.**

Lectio vi

Tanto beneficio gavisus rex Leonardo munera alia recusanti nemus donavit, in quo vitam, quam omnino elegerat, solitariam degere posset, ubi oratorum nomine Nobiliacum erexit. Latere autem ipsum summa ejus virtus non patiebatur, sed plurimi ex longinquis ad eum venire regionibus, sola nominis ipsius invocatione vinculis et carceribus liberati, compedes et catenas ad ejus pedes devote

ablicientes: quos ipse, sic-
ut et alios omnes cælestis
disciplinæ amatores ex vâ-
riis locis ad ipsum contu-
gientes, paréntis instar
complexens, in timóre
Dómini educabat, fovebat-
que virtutum splendóre
exímio. Plenus denique
méritis et virtútibus, ac
miraculórum glória, octâ-
vo Idus Novembris, an-
no Dómini quingentesimo
quinguesimo nono ob-
dormivit in Dómino.

R. Iste homo perfecit
omnia quæ locutus est ei
Deus, et dixit ad eum: In-
gredere in réquiem meam:
* Quia te vidi justum co-
ram me ex ómnibus gén-
tibus. **V.** Iste est, qui con-
témpsit vitam mundi, et
pervenit ad cælestia regna.
Quia. Glória Patri. Oita.
In III Nocturno **Homilia in**
Evangelium Ecce, nos reliqui-
mus, ut in **Communium** **Abba-**
tum 1 loco.

Ad Laudes
V. Justum deduxit Dó-
minus per vias rectas. **R.**
Et osténdit illi regnum
Dei.
Ad Bened. Ant. Euge,
serve bone * et fideles,
quia in pauca fuisti fidelis,
supra multa te constituam.

intra in gáudium Dómini
tui.

Oratio

Intercéssio nos, quæst-
us, Dómine, beáti Leo-
nárdi Abbatis commé-
dat: ut, quod nostris méri-
tis non valémus, ejus pa-
trocinio assequámur. Per
Dóminum nostrum.

*Et fit Commemoratio Oc-
tave Omnium Sanctorum:*

Ant. Te gloriosus Apo-
stolorum chorus, te Pro-
phétarum laudabilis nú-
merus, te Máryrum can-
didatus laudat exércitus;
te omnes Sancti et electi
voce confitentur unáni-
mes, beáta Trínitas, unus
Deus.

V. Exsultábunt Sancti
in glória. **R.** Laetabuntur
in cubilibus suis.

Oratio

Omnipotens sempitérne
Deus, qui nos ómni-
um Sanctorum tuórum mé-
rita sub una tribuisti cele-
britate venerári: quæsu-
mus; ut desiderátam nobis
tuæ propitiatiónis abun-
dántiam, multiplicátis in-
tercessóribus, largiáris.
Per Dóminum nostrum.

In II Vesperis

V. Justum, ut supra.

Ad Magnif. Ant. Hic vir
despiciens mundum * et
terræna, triumphans, divi-
tias cælo cóndidit ore,
manu.

*Et fit Commemoratio se-
quentis diei infra Oct. Omn.*
Sancr.:

Ant. Angeli, Archángeli,
Throni et Dominatiónes,
Principátus et Potesátés,
Virtútes cælorum, Chéru-
bim atque Séraphim, Pa-
triarchæ et Prophætae,
sancti legis Doctóres, Apó-
stoli, omnes Christi Már-
tyres, sancti Contessores,
Virgines Dómini, Anacho-
ritæ, Sanctique omnes, in-
terédite pro nobis.

V. Laetámini in Dómino
et exsultáte, justi. **R.** Et
gloriámini, omnes recti
corde.

*Si vero sequenti die facien-
dum non sit Officium de Oc-
tava Omnium Sanctorum, di-
citur*

Ant. O quam gloriosum
est regnum, in quo cum
Christo gaudent omnes
Sancti, amicti stolis albis
sequuntur Agnum quo-
cúmque ierit!

V. Exsultábunt Sancti
et **Oratio** Omnipotens, ut
supra 44*.

Die 15 Novembris
Ss. Marini Episcopi
et Aniani Máryrum

Duplex

V. Laetámini, ut supra.

Ad Magnif. Ant. Istó-
rum est enim * regnum
cælorum, qui contempse-
runt vitam mundi, et per-
venérunt ad præmia regni,
et lavérunt stolas suas in
sanguine Agni.

Oratio

Magnificet te, Dómine,
sanctorum tuorum
Marini et Aniani beáta
solémnitas: qua et illis
glóriam sempitérnam, et
open nobis ineffábilis pro-
vidéntia contulisti. Per
Dóminum nostrum.

*Et fit Commemoratio præ-
cedentis Fests. S. Josephat*
Ep. et Máryris:

Ant. Qui vult venire post
me, áboneget semetípsum,
et tollat crucem suam, et
sequátur me.

V. Justus ut palma floré-
bit. **R.** Sicut cedrus Li-
bani multiplicábitur.

Oratio

Exulta, quæsumus, Dó-
mine, in Ecclesia tua
Spíritum, quo replétus
beátus Joséphat Máryr
et Pontífex tuus ánimam

suam pro óvibus pósuit; ut, eo intercedente, nos quoque eodem Spíritu móti ac roboráti, ánimam nostram pro frátribus póneré non vereámur. Per Dóminum . . . in unitáte ejúsdem Spíritus.

In II Nocturno

Lectio iv

Marínus et ejus ex sórore nepos Anianús in Híbernia nóbili stirpe nati, cum a prima atáte litterarúm cultu expolíti stúdiis pietátem conjunge- rátis, brevi ad eam sancti- tatem ac doctrinæ perfec- tionem pervenerunt, ut ille in sacerdotém et episco- pum, hic vero in diáconum ordinaretur. Cum vero a persecutióne tuti non es- sent, voluntário exsilio pá- triam cognátosque reli- quérunt, ac transfretátes mare Romam venerunt sa- cra límina visitatúri. Inde accepta ab Eugénio primo Papa potestáte prædi- cándi evangélium, Alpes transgessi, in quadam ére- mo Bavárie, Wílpártung nómine, subsistunt, ad quos incolæ úndique non áliter, ac ad se adventán- tes Angelos vidére autu- mántes cónvolant, et ver- bum Dei percipiunt.

R. Sancti tui, Dómine, mirábile consecuti sunt iter, serviéntes præcéptis tuis, ut inveniréntur illá- si in aquis válidis: * Terra appáruit árida; et in Mari Kubro via sine im- pediménto. **V.** Quóniam percússit petram, et fluxé- runt aquæ, et torréntes in- undavérunt. Terra.

Lectio v

Itaque Marínus et Ania- nus, qui hunc locum esse cognóverunt, in quem vocáset eos Dóminus, ere- xérunt sibi duo tugúria, in quibus sejuncti quidem corpore, unánimes tamen spíritu víxerunt, Deo, sibi, et próximo in omni pietáte, sobrietáte et justitia ser- viéntes. Primórum anacho- retarum vestígiiis quadra- ginta annis insístébat, tantum corpus reficiébant per hebdomadem pane, sale, herbis et aqua, festis vero solemnióribus caseo et lentícula victitábant. In- térea Slavi seu Vándali ex Alpibus ad specum Maríni devéniunt, recón- ditas ab eo petunt pecú- nias, et ut Christum áb- neget, sollicitant. Cum ve- ro nihil proficerent, equí- leo suspénsum corpus fla- gris dístrissime exerúciant,

huic finem præcipiti fuga dedérunt, exínde ad Li- cum flúvium ab Ostróne Magno memorábili strage ferme omnes deléti.

R. Tamquam aurum in fornáce probávit eléctos Dóminus, et quasi holo- causti hostiam accepit il- los; et in témpore erit re- spectus illórum: * Quón- iam donum et pax est eléctis Dei. **V.** Qui confí- dent in illum, intelligént veritátem: et fídeles in dí- lectiõe acquiréscent illi. Quóniam. Glória Patri. Quóniam.

Lectio vi

Interim Anianús ex mor- sumpto cælesti viático cog- nitáque Maríni nece, læ- tus eodém die, qui fuit dé- cimus quíntus Novémbris, cum suo pontífice cælum pétiit. Sacra hæc corpóra in Wílpártung, loco par- óchiæ Irschenberg, sepul- túræ data in hanc usque diem miraculis claréscent, inter quæ illud in primis memorándum, quod Hunni sanctorum Maríni et Ania- ni basilicam apértis óculis sæpius obeúntes et in ipso tamen meridie cæcutiéntes fores nullas repererunt; et ideo murum templi vio- lénter aggressi, quin et ipsam jánuam, quam non vídebant, securibus per- fringere tentátrunt, sed cælesti vi percúlsi sceleri

Oratio

Magníficet te, Dómine, sanctorum tuórum Maríni et Aniani beáta so- lémnitas: qua et illis glóri- am sempitérnám, et open- nobis ineffábili providéntia contulisti. Per Dóminum.

Ad Laudes

V. Exsultábunt Sancti in glória. **R.** Lætábuntur in cubilibus suis.

Ad Bened. Ant. Vestri capilli cápitis * omnes nu- meráti sunt: nolite timére: multis passéribus meliões estis vos.

In III Nocturno **Homilia in Evangelium** Descéndens Je- sus, de **Communí plurimo- rum Martyrum 2 loco.**

Vesperæ a Capitulo de sequenti, Commemoratio præcedentis:

Ant. Gaudet in cælis anima Sanctorum, qui Christi vestigia sunt secuti: et quia pro ejus amore sanguinem suum fuderunt, ideo cum Christo exsultant sine fine.

V. Exsultabunt Sancti in gloria. **R.** Lætabuntur in cubilibus suis.

Oratio

Magnificet te, Dómine, sanctorum tuorum Marini et Aniani beata sollemnitas: qua et illis gloriam sempiternam, et operem nobis ineffabili providentia contulisti. (Per Dóminum nostrum.)

Deinde S. Gertrudis Virg.:

Ant. Veni, Sponsa Christi, accipe coronam, quam tibi Dóminus præparavit in ætérnum.

V. Spécie tua et pulchritudine tua. **R.** Inténde, prospere procéde, et regna.

Oratio

Deus, qui nos beati Corbiniani Confessoris tui gemis jucundam tibi mansionem præparasti: ipsius méritis et intercessione; cordis nostri máculas cle-

mémenter abstérge, et ejusdem tribue gaudere consortio. Per Dóminum.

Die 16 Novembris

S. Alberti Magni Ep., Conf. et Ecel. Doct.
(d. a. ex heri)

Duplex

m. t. v., si in I Vesperis faciendâ erat tantum Commemoratio.

Omnia ut in Breviario Romano die 15 Novembris.

IX Lectio de S. Gertrude Virg. ut in Breviario hac die.

Ad Laudes fit Commemoratio S. Gertrudis Virg.

In II Vesperis fit Com. sequentis et S. Gertrudis Virg.

Die 20 Novembris

In Translatione

S. Corbiniani

Episcopi et Confessoris, Patroni principalis Archidiececisis

Duplex I classis cum Octava communi (m. t. v.)

Omnia de Communi Conf. Pont., præter sequentia.

Oratio

Deus, qui nos beati Corbiniani Confessoris tui atque Pontificis prædicatione et miraculis ad agnitionem tui nominis vocare dignatus es: concede

propitius; ut, cujus translationem colimus, etiam patrocinia sentiamus. Per Dóminum nostrum.

Completorium de Dominica.

Lectioes I Nocturni Fidei sermo de eodem Communi 1 loco.

In II Nocturno

Lectio iv

Sanctus Corbinianus, prius Frisingensis episcopus, multoties opera et artibus Pilttrúdis, divortium suum ægrissime ferentis, ad necem quæsitus, divina virtute semper illævina, Majas in Tirólim cum suo clero evásit. Ibi ad basilicam sanctorum Valentinii et Zenonis, quam ipsemet in honorem istorum Sanctorum edificaverat et consecraverat, orationibus, vigiliis, jejuniis, aliisque virtutibus totus vacabat, usque dum Grimoaldus, cui hic sanctus episcopus præmentiam mortem prænuñtiaverat, ab insidiatoribus sublátus fuit. Hugibértus, hujus successor, sanctum presulem omni cum honore ex Tiróli Frisingam revocat, atque in omnia, quæ prius possederat, integre restituit. At Cor-

binianus, imminéntis sibi supremi diéi præscius, suæ sepulturæ locum ipsam Majensem ecclesiam sanctorum Valentinii et Zenonis elégit, ipsoque suæ mortis die vestiméntis pontificálibus indútus, Deo sacrificium obtulit, et viaticum propriis máibus recepit. Missarum sollemnitate compléta domum reversus, nihil dolóris præ se ferens, signum crucis Christi cápiti impréssit, et innocentem suam, exhalavit animam octavo Septémbris anno septingentesimo trigésimo.

R. Invéni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum: * Manus enim mea auxiliábitur ei. **V.** Nihil proficiet inimicus in eo, et filius iniquitatis non nocébit ei. **Manus.**

Lectio v

Sacrum corpus hujus sancti defuncti præsulis Frisingæ in cathedrali ecclesia beatissime Virginis Mariæ sepulturæ traditum fuit, contra últimam expressamque voluntatem. Verum confuñta triginta dierum plúvia, sæpe tonitruis et vehementibus ventis conso-

ciatæ, facile demonstraverunt, cælum, ipsúmque Sanctum pénitus irritatum esse ob neglectam suæ últimæ voluntatis, qua Majis apud sanctum Valentinum inhumari popólescerat, executionem. Quapropter jussu Hugiberti ducis trigésimo ab óbitu die exhumátus, tam viva repértus est forma, ut multis nullatenus mórtuus, sed suavissime dórmiens visus fuerit. Inter alia complúra miracula, quæ in ímner eum hoc sacro porsus incorrupto corpore contigerunt, notándum, quod ex náribus tam copioso calidogue sanguine fluxerit, ut ejus ministri vas hoc collecto sanguine plenum sub terram defoderint.

R. Pósi adjutórium super poténtem, et exaltávi electum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliábitur ei. **V.** Invéni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum. **Manus.**

Lectio vi

Corpus itaque sancti Corbiniani, in ecclesia sancti Valentini non absque novis miraculis se-

púltum, Majis quiévit usque ad témpora Aribónis, tértii a sancto Corbiniano Frisingensis antístris. Hic, postquam a Longobárdis corpus beati Valentinii Majis Tridéntum fuisset ablátum, de corpore sancti Corbiniani máxime sollicitus, suórum coépiscopórum ceterórumque ecclesiasticórum synodum convocat, indictóque triduano jejúnio, et per totam diocésim multis ad Deum fúsus précbus, tandem per divínam revelationem, septem concélliviris in somnis factam, intelligit, ter óptimo Deo pergrátum fore, si hoc sancti præsulis corpus ad suam cathedrám ecclesiám reducátur. Quare Ariblo probos atque prudentes ecclesiásticos viros ad repeténdum sacrum corpus Majas diréxit, qui illud, apérto débita cum veneratione túmulo, adhuc íntegrum vivisque coloribus elegans repertum, máxima cum solemnitate, conflúente ingenti hóminum multitudíne, factis que quam plúrimis miraculis, Frisingam transtulerunt.

R. Iste est, qui ante Deum magnas virtútes operátus est, et omnis terra doctrína ejus repléta est: * Ipse intercédat pro peccátis ómnium populórum. **V.** Iste est, qui contempsit vitam mundi, et pervénit ad cælestia regna. **Ipse. Glória Patri. Ipse.**

In III Nocturno Homilia in Evangélium Homo péregré, de eodem **Communi 1 loco.**

In Laudibus fit Commemoratio S. Felicis de Valois Confessoris:

Ant. Euge, serve bone et fidélis, quia in paucis fuísti fidélis, supra multa te constitúam, intra in gáudium Dómini tui.

V. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. **R.** Stulam glóriæ induit eum.

Oratio

Deus, qui beátum Felicem Confessórem tuum ex erémo ad munus rediméndi captivos cælitus vocáre dignátus es: præsta, quæsumus; ut per grátiam tuam ex peccatórum nostrórum captivitate, ejus intercessióne, liberáti, ad cælestem pátriam perducámur. Per Dóminum nostrum.

Ad Horas Psalmi de Dominica, ad Primam tamen ut in Festis.

In II Vesperis fit Commemoratio sequentis Festi Præsentationis B. M. V.:

Ant. Beáta Dei Génitrix, María, Vírgo perpétua, templum Dómini, sacrárium Spíritus Sancti, sola sine exémplo placuísti Dómino nostro Jesu Christo, alleluja.

V. Dignáre me laudáre te, Vírgo sacráta. **R.** Da mihi virtútem contra hostes tuos.

Oratio

Deus, qui beátam Mariam semper Vírginem, Spíritus Sancti habitáculum, hodiérna die in templo præsentári voluísti: præsta, quæsumus; ut, ejus intercessióne, in templo glóriæ tuæ præsentári mereámur. Per Dóminum . . . in unitate ejúsdem Spíritus Sancti Deus.

Completorium de Dominica.

Pro Commemoratione Octavæ

In Laudibus

Ant. Euge, serve bone et fidélis, quia in paucis fuísti fidélis, supra multa te constitúam, dicit Dóminus.

V. Justum deduxit Dóminus per vias rectas. **R.** Et osténdit illi regnum Dei.

Quando variandus est **V.** (24 et 26 Nov.), sumitur

V. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. **R.** Stolum glóriæ induit eum.

Oratio

Deus, qui nos beáti Corbiniani Confessoris tui atque Pontificis prædicatione et miraculis ad agnitionem tui nómínis vocáre dignátus es: concéde propítius; ut, cujus translationem cólimus, étiam patrocínia sentiámus. Per Dóminum nostrum.

In Vesperis

Ant. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum: stolum glóriæ induit eum, et ad portas paradisi coronávit eum.

V. Justum deduxit Dóminus per vias rectas. **R.** Et osténdit illi regnum Dei.

Quando variandus est **V.** (24 Nov.), sumitur

V. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. **R.** Stolum glóriæ induit eum.

Die 27 Novembris
In Octava
Translationis
S. Corbiniani

Episcopi et Confessoris

Duplex majus (m. t. v.)

Antiphonæ et Psalmi ad omnes Horas de occurrenti hebdomadæ die; Lectiones I Nocturni de Scriptura occurrenti.

V. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum. **R.** Stolum glóriæ induit eum. **Ad Magnif. Ant.** Sacétodos et Pontifex, * et virtutum ópifex, pastor bone in pópulo, ora pro nobis Dóminum.

Oratio

Deus, qui nos beáti Corbiniani Confessoris tui atque Pontificis prædicatione et miraculis ad agnitionem tui nómínis vocáre dignátus es: concéde propítius; ut, cujus translationem cólimus, étiam patrocínia sentiámus. Per Dóminum nostrum.

Et fit Commemoratio præcedentis Festi S. Silvestri
Abbatis:

Ant. Hic vir despiciens mundum et terréna, triumphans, divítias cælo condidit ore, manu.

V. Justum deduxit Dóminus per vias rectas. **R.** Et osténdit illi regnum Dei.

Oratio

Clementíssime Deus, qui sanctum Silvéstrum Abbátem, sæculi hujus vanitatem in aperto túmulo pie meditantem, ad etérnum vocáre, et præcláris vitæ méritis decoráre dignátus es: te supplices exoramus; ut, ejus exemplo terréna despicientes, tui consórtio perfruámur ætérno. Per Dóminum.

In II Nocturno

Lectio iv

Hic magnus Dei famulus Spiritu Sancto repletus erat vir valde facundus et humanitate præcipuus, conversatione inter omnes præclárus, contra vitia ad irascendum fáculis, velox ad ignoscendum conversis, impiger in bonis operationibus, déditus orationi, studiosus psalmodiæ, assiduus in vigiliis, frequens in jejuniis, largus in elemosynis, ad omne bonum semper promptíssimus, mitis atque modéstus, pietate nulli secúndus. Hinc tantæ sanctitátis fama longe la-

téque percrebréscens ad Pipinum Franciæ majorem domus penetrávit, qui per caríssimum quendam suorum optimátum præcibus sancti viri sese humillime commendávit, conflúente quotidie ingénti hóminum turba, ut illum de æterna saluté disserentem audíret.

R. Invéni David servum meum, óleo sancto meo unxi eum: * Manus enim mea auxiliábitur ei. **V.** Nihil proficiet inimicus in eo, et filius iniquitátis non nocébit ei. **Manus.**

Lectio v

Tot tantásque hujus sancti Patris virtutes étiam beneficentíssimus Deus insolitis idéntidem prodigiis illustrávit. Quamvis enim Frisingæ cathedræm ecclésiám suam instituisset, oratórium tamen sancto Stéphano sacrum in vicino monte invísere consueverat. Aliquando vero valedúme deténtus réliquum clerum matutinas Deo laudes dictúrum ablegávit: montem subestíntibus canéntium chori clárus claritúsque ab ecclésiá audíti, et mirífici splendóres, tecto fenestris-

que emicantes visi: introgressis lumen quidem evanuit, suavissimus vero late diffusus, odor tertio deimum die remisit. Corbinianus hujus ostenti certior factus quasdam aedes hujus Sancti immissum ecclesiae sancti Stephani adjunxit, quæ cum aquæ inopia laborarent, báculo suo in terram defixò vivum fontem, adhuc hodie fluentem, excitavit, cui modo sacellum in honorem hujus Sancti superedificatum est.

R. Pósui adiutorium super potentem, et exaltavi electum de plebe mea: * Manus enim mea auxiliabitur ei. **V.** Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum. **Manus.**

Lectio vi

Ut ad sancti Valentini Majis humatus est, triduo post intempèsta nocte in ea ipsa ecclesia visa candidissima funalia tanto splendore exardescere, ut diem vincere crederentur, et amenissimus odor fusus est. Ubi vero sub Aribone annuente Deo post quadraginta annorum intervallum ejus adhuc incorruptum corpus denuo Frisingam reportatum fuit,

multa accessere miracula; manus a teneris annis arida per solum ferèri contactum sana retracta, et daemon ex obsessò corpore, quod super ferèrum hujus Sancti immissum fuerat, ócius profligatus fuit. Ejus sanguis, qui ad castèllum Dettendorffium in vase fictili ante quadraginta annos defossus fuerat, tam recens inventus, ac si eòdem die ex vivèntis corpore effluisset.

Hodie vero in crypta ecclesiae cathedrális Frisingensis ejus sacrum capitulum reliquis exuviis in altari, quod in eòdem loco, ubi tam ante quam post translationem sepultus fuerat, in honorem hujus sancti præsulis super suam marmoream tumbam edificatum est, pública fideium venerationi expositum prostat.

R. Iste est, qui ante Deum magnas virtutes operatus est, et omnis terra doctrina ejus replèta est: * Ipse intercedat pro peccatis omnium populòrum. **V.** Iste est, qui contempsit vitam mundi, et pervenit ad caelèstia regna. **Ipse.** Glória Patri. **Ipse.**

In III Nocturno

Lectio sancti Evangelii secúndum Matthæum

Lectio vii Cap. 25, 14-23

In illo tempore: Dixit Jesus discipulis suis parabòlam hanc: Homo pègre proficiscens, vocavit servos suos, et tradidit illis bona sua. Et reliqua.

Homilia sancti Ambrósii Episcopi

Libèr 2 de voc. gen. cap. 2 post medium

Datur uniuicuique hic sine mèrito, unde tendat ad mèritum; et datur antè ullum labòrem, unde quisque mercedem accipiat secundum suum labòrem. Quod ita esse, evangèlicæ veritatis testimoniò agnoscitur, ubi per comparationem dicitur, quod homo pègre proficiscens vocavit servos suos et tradidit illis substantiam suam:

et uni dedit quinque talenta, àlii autem duo, àlii vero unum, uniuicuique secundum propriam virtutem, id est, secundum propriam et naturalem possibilitatem, non autem secundum proprium mèritum, quia àliud est posse operari, àliud operari, et

àliud est posse habere caritatem, àliud habere caritatem.

R. Amavit eum Dominus, et ornavit eum: stolam gloriæ induit eum. * Et ad portas paradisi coronavit eum. **V.** Induit eum Dominus lorica militi, et ornavit eum. **Et.**

Lectio viii

Non itaque omnis reparabilis reparatur nec omnis sanabilis sanatus est: quia reparabilem et sanabilem esse, de natura est, reparatum autem et sanatum esse, de gratia est. Dénique isti, quibus secundum mòdulum capacitatis suæ, quem in eis distributor substantiæ prævidèbat, dispar creditus est numerus talentòrum, non mèriti remunerationem, sed óperis accipere materiam.

R. Sint lumbi vestri præcincti, et lucèrnæ ardentes in mànibus vestris: * Et vos similes hominibus expectantibus dómimum suum, quando revertatur a nuptiis. **V.** Vigilate ergo, quia nescitis qua hora Dómimus vester venturus sit. **Et.** Glória Patri. **Et.**

Lectio ix

In qua duorum servorum vigilantissima industria non solum gloriosis laudibus honestatur, sed etiam in aeterna Domini sui gratia intrare praecipitur. Tertiū vero pigrum otium et desidiosa nequitia sic puniuntur, ut et vituperationis dedecoretur opprobriū et portione, quam acciperat, exuatur. Dignus enim erat perdere intuitum fidem, qui non exercuerat caritatem.

Te Deum laudamus.

Ad Laudes

V. Justum deduxit Dominus per vias rectas. **R.** Et ostendit illi regnum Dei.

Ad Bened. Ant. Euge, serve bone * et fidelis, quia in pauca fuisti fide-

lis, supra multa te constitutam, dicit Dominus.

Oratio

Deus, qui nos beati Corbiniani Confessoris tui atque Pontificis praedicatione et miraculis ad agnitionem tui nominis vocare dignatus es: concede propitius; ut, cujus translationem colimus, etiam patrocinia sentiamus. Per Dominum nostrum.

In II Vesperis

V. Justum deduxit Dominus per vias rectas. **R.** Et ostendit illi regnum Dei.

Ad Magnif. Ant. Amavit Dominus, * et ornavit eum: stolam gloriae induit eum, et ad portas paradisi coronavit eum.

INDEX ALPHABETICUS

	pag.
Alberti Magni Ep., Conf. et Eccl. Doct., duplex. 16 Nov.	48*
Corbiniani Ep. et Conf., Patroni principalis Archidiecesis, duplex II classis. 9 Septembris	8*
— — Translatio, duplex I classis cum Octava communi. 20 Novembris	48*
— — Octava, duplex majus. 27 Novembris	57*
Dedicatio propriae Ecclesiae, duplex I classis cum Octava communi. 11 Octobris	28*
Emmerami Ep. et Mart., semiduplex. 25 Septembris	25*
Galli Abbatis, duplex. 16 Octobris	31*
Hildegardis Virg., duplex. 17 Septembris	14*
Lantperti Ep. et Conf., duplex. 18 Septembris	21*
Leonardi Abbatis, duplex. 6 Novembris	42*
Lucae Evangelistae, duplex II classis. 18 Octobris	36*
Magni Abbatis, duplex. 6 Septembris	6*
Marini Episcopi et Aniani Martyrum, duplex. 15 Nov.	45*
Maternitatis B. Mariae V., duplex II classis. 11 vel 12 Oct. 28* vel 31*	29*
Maximiliani Ep. et Mart., duplex. 12 Octobris	1*
Nonnosi Abbatis, Patroni minus principalis Archidiecesis, duplex majus. 2 Septembris	11*
Nothburgae Virgini, duplex. 13 Septembris	58*
Reliquiarum sacrarum, quae in Ecclesiis asservantur, duplex majus. 5 Novembris	36*
Wolfgangi Ep. et Conf., duplex. 31 Octobris	36*